 bus fortiter dimicantibus, Ismaelitarum acies in fugam inclinatur. verum
 Turcis assiduo sagittarum iactu atque grandine insequentes Romanos
 inhibentibus, facti Saracenis animi, ut fugam sistentes frontem verte-

καὶ τοῖς τόξοις δὴ γενναίως πόρρωθεν βάλλοντες, ἑτεραλκῆ τὴν μάχην ἐποίησαν. οἷς μὴ δυνάμενος ὁ τῶν Ῥωμαίων προσεγγίσει στρατός, ἀλλ' οὐδὲ πόρρωθεν κατιδεῖν τῷ βάλλεσθαι καρτερᾶς, νῶτα κλίναντες τὸν βασιλέα κατέλιπον. οὐ μὴν οἱ τῶν βασιλικῶν ταγματῶν ἑξαρχοὶ μετὰ τῶν Περσῶν τοῦτο δρᾶσαι ἢ ἐννοῆσαι τε-5
 D τολμήκασιν, ἀλλὰ περιστάντες τῷ βασιλεῖ σῶζειν ἐβούλοντο, κύκλω τῶν ἐχθρῶν πάντοθεν περιστοιχισάντων αὐτοὺς καὶ βαλλόντων
 αὐτούς. κἂν ἀπώλοντο πανδημεί, εἰ μὴ νύξ ἐλθοῦσα καὶ βραχὺς
 τις ὄμβρος ἐπιγενόμενος τὰς μὲν νευρὰς χαλαρὰς εἰργάσατο αἷς
 ἡμύνοντο καὶ τὸ κράτος εἶχον οἱ ἐναντίοι, αὐτοῖς δὲ ἄνεσιν τὴν ἐκ 10
 βελῶν περιεποίησεν καὶ σωτηρίας μόλις ἐνέδωκεν ἀφορμᾶς. (32)
 βαθείας γὰρ ἤδη τῆς νυκτὸς γενομένης, ὡς ἠσχόλητο περὶ τὰς
 φυλακὰς ὁ Μανουήλ, γλώττη πως τῇ Σαρακηνῶν τὸν Περσῶν
 ὄμιλον σπένδειςθαι πως πρὸς αὐτοὺς διήκουσε, καὶ συνθέσθαι
 τούτους αὐθις τὸ στράτευμα τῶν Ῥωμαίων καταπροδοῦναι καὶ 15
 P 80 πρὸς τὴν ἐξ ἧς ἀπέστησαν χωρεῖν κεφαλὴν. δῆλα γοῦν τῷ βασι-
 λεῖ λάθρα ποιεῖ, καὶ ἑαυτὸν σῶζειν μετὰ λογάδων ἠξίου καὶ μὴ
 περιμένειν τὴν ἄλωσιν. καὶ “πῶς ἔσται τοῦ τοσοῦτου λαοῦ” ἐπε-
 ρωτήσαντος τοῦ βασιλέως “ἢ σωτηρία, ἐμοὶ προσμεινάντων;”
 “σοὶ” φησὶ “μόνον ἔστω, βασιλεῦ, τὸ σῶζεσθαι ἐκ θεοῦ· οὔτοι 20
 δὲ ταχέως τὰ κατ' αὐτοὺς διοικήσουσιν.” ὁψὲ γοῦν κατὰ τὸ πε-
 ρίορθρον τοῦ βασιλέως φυγῆ χρησαμένου καὶ πρὸς τὸ Χιλιόκω-

11 ἐφορμᾶς P

22 Χιλιόκωμον?

rent. se ipsos itaque iterum colligentes, eminusque fortiter iacula con-
 torquentes, pugnae sortem mutarunt. Romani propius accedere pedem-
 que conferre non valentes, ac nec procul aspicere quos sagittis hostes
 configerent, terga vertunt relicto imperatore, praetorianarum legionum
 ducibus ac Persis nihil tale vel factitandum ac ne animo quidem cogi-
 tandum sibi indulgentibus; sed agmine imperatorem cingentes hoc sata-
 gebant, ut praesenti eum periculo eximerent, cum undique fusa hostium
 agmina iugi sagittarum imbre conclusos obruerent. omnesque ad unum
 cecidissent, nisi et nox ingruens tenuisque delapsus imber, arcuum ner-
 vis, quibus se hostes tuebantur ac superiores erant, relaxatis, a tanto
 illo sagittarum imbre Romanos tantisper securos praestitisset, ac aegre
 tandem parandae salutis illis occasio fuisset. (32) intempesta nocte cum
 Manuel agendis excubiis omni opera intentus esset, Persas audit cum
 Saracenis ipsa eorum lingua colloquentes ac paciscentes, nempe polli-
 centes Romanum se exercitum prodituros, atque ad eum, a quo defe-
 cerant, principem esse reversuros. rem ille statim imperatori secreto
 denuntiat, hortaturque ut cum delectis suae salutis consulat, nec exspe-
 ctet dum in hostium manus veniat. quaerente illo “at qui fiat ut tanta
 militum turba, qui mihi adhaeserunt, incolumis abeat?” “tibi modo”
 inquit, “imperator, deus salutem praestet; reliqui mox suis rebus con-
 salent.” tandem ergo sub ipsum diluculum imperatore fuga elapso, et

μον διασωθέντος, οί λειποτάκται τῶν στρατηγῶν τῷ βασιλεῖ προσ-
 απαντήσαντες ἀναξίους ἔφασκον εἶναι τῆς ζωῆς, βασιλέα ἐν πολέ-
 μῳ καταπροέντας, καὶ ἅμα τοῖς ἑαυτῶν ἐγυμνοῦντο ξίφεσι καὶ ἕ
 τοῖς ποσὶν ὑπετίθουν αὐτοῦ, δάκρυσι βρεχόμενοι παρειάς. ἀλλ' ἕ
 5 ὁ Θεόφιλος τρωθεὶς ἐκείνων μᾶλλον αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τῷ παρα-
 δόξῳ τοῦ πράγματος, "εἰ ἐγώ" φησὶ "σέσωσμαι ἐκ θεοῦ, σωθή-
 σεσθε καὶ ὑμεῖς ἀγωνιζόμενοι κατὰ τῶν ἐχθρῶν."

Τοῦτο οὖν τὸ παρὰ ἐχθρῶν στρατήγημα καὶ ἡ νυκτερινή
 πως λαλιὰ τῶν Περσῶν, ταῦτόν δὲ καὶ σπονδῆ εἰπεῖν, τοῖς μὲν
 10 Θεοφόβου ἐχθροῖς καὶ θάνατον ψηφιζομένοις αὐτοῖ δευτέρα τις
 γέγονεν αἰτία καὶ ἀφορμὴ εὐκαιρος εἰς διαβολήν, (33) τῷ δ' ἀμε-
 ραμνουνη ἀκηκοῦτι νίκης οὐ μικρᾶς καὶ κατὰ τοῦ Ἀμορίου κατα-
 δρομῆ. ἦνωτο γοῦν κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως πατρίδα ἀμφότερα C
 τὰ στρατόπεδα, αὐτοῦ τε τοῦ ἀμεραμνουνη καὶ τοῦτο δὴ τὸ προ-
 15 πολεμῆσαν σφοδρῶς τοῦ υἱοῦ, καὶ χάρακα περιέβαλλον καὶ τῆς
 πολιορκίας ἀπήρχοντο. καὶ τέως ἀπόπειραν ἐποίει ἀποστραφεὶς
 κατὰ Δορύλαιον ὁ Θεόφιλος τοῦ δώροις αὐτὸν ἐκεῖθεν ἀποστῆσαι
 καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα ποιῆσαι παλινοσιῆσαι. ἀλλ' οὐ πείθεται,
 ἐνδοβρυχοῦσαν φέρων τὴν τῆς πατρίδος αὐτοῦ ἄλωσιν τε καὶ πόρ-
 20 θῆσιν. μᾶλλον μὲν οὖν ἐξουθενεὶ καὶ ἀνδράποδον ἐκάλει τε καὶ
 δειλόν, μυκτηρίζων καὶ διακωμωδῶν οἷς οὐ πρὸ τούτου τούτῳ ἀλλὰ
 νῦν ἐπὶ ξυροῦ ἐστῶτι ἐπέιθετο. εἶχε μὲν οὖν καὶ τοὺς ἀποσταλέντας D

cum ad Chiliococomum evasisset, quos desertis ordinibus terga dedisse
 duces commemoravimus, occurrentes indignos se vita profitebantur, qui
 imperatorem in pugna prodidissent; iamque suis ipsi gladiis pectora
 nudabant, atque ad eius se pedes oppleti lacrimis provolvebant. verum
 Theophilus, inaudito rei spectaculo prae illis animo saucius, "cum ego
 divina ope" inquit "incolumis evaserim, evadetis et vos, si cum hoste
 fortiter pugnaveritis."

Hoc ergo hostium stratagemata Persarumque noctu cum eis collocutio
 (idemque est ac si foedus dicas) Theophobi inimicis eiusque necem
 machinantibus altera ad calumniam ac opportuna occasio fuit. (33) porro
 ameramnunes audita suorum non levi victoria, nihil iam cunctatus Amo-
 riam aggreditur. coniuncti itaque ad Theophili patriam ambo exercitus,
 ipsius scilicet ameramnunae et filii, qui iam fortiter dimicaverat, vallo-
 que ducto coepta obsidio est. interim imperator Dorylaeum reversus
 ameramnunae animum muneribus tentabat, num his delinitum ab expe-
 ditione revocare posset et ad sua remittere. haud vero ille paret, alto
 pectore dirutae patriae ac vastatae iniuriam ferens. quin immo lega-
 tionem spernit, mancipium vocat ac ignavum, graviterque subsannat ac
 ludibrio habet, quod non ante ipsi morem gesserit, sed modo cum in
 novaculae acie res posita sit. retinet vero etiam quos ille legatos mise-

πρέσβεις αὐτόθι που, τῶν δρωμένων ἐπόπτας καὶ μάρτυρας.
 (34) καὶ δὴ χρόνου παρωχηκότος διέφυγεν ἂν ἡ πόλις τὸν ὄλε-
 θρον, τῷ πᾶσαν ἰδέαν πολιορκίας τῶν μὲν ἐγδεικνύοντων τῶν δὲ
 καταβαλλόντων, καὶ πολλῶν ἀνηρημένων ἐξ ἀμφοτέρων ἀνδρῶν,
 τῶν μὲν ἀμυνομένων τῶν δὲ πολιορκούντων, ἀπράκτων δὲ τέως 5
 μενόντων τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ τῆς πολλῆς ὄφρους κατασπωμένων
 τῷ πλῆθος ἀνηρησθαι λαοῦ. καὶ γὰρ ὡσεὶ χιλιάδες ἐβδομήκοντα
 P 81 ἐκλελοιπότες εὐρέθησαν μετὰ τὴν ἄλωσιν ἀριθμούμενοι. ἀλλ'
 οὐκ ἦν παρελθεῖν τὴν ἐκ θεοῦ μάχαιραν ἠπειλημένην ἄνωθεν, οἷς
 ὑβρίζετο τὸ θεῖον ἀξανομένης δὴ τῆς αἰρέσεως. διὰ τοῦτο ἀνήρ 10
 τις τῶν ὑποβεβηκότων (Βοϊδίτζης οὗτος ἐκαλεῖτο ὁ ἄθλιος) μέλ-
 λουσιν ἤδη πως ἀναχωρεῖν καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν μετ' αἰσχύνης
 παλινοστεῖν "τί" φησὶν, "ὦ οὔτοι," γράμματα διὰ βελῶν πεπομ-
 φώς, "τοσοῦτον τεταλαιπωρηκότες μέλλετε ἀποφοιτᾶν, κεκμηκό-
 τες ἄπρακτα καὶ πεπονηκότες; ἔλθετε τοιγαροῦν κατὰ τοὺς πύρ- 15
 γους ἐκείνους, ἔνθα μὲν βοῖδιον ἄνωθεν λίθινον ἔξωθεν δὲ λέων
 B ἐκ μαρμάρου ἐφίσταται· κἀκεῖσέ μοι περιτυχόντες, τὰ ὑμέτερα
 δηλαδὴ φρονοῦντά τε καὶ διευθετοῦντα, καὶ ἄλλως ἀσθενεστέρων
 πεφυκότων ἔνθα δὴ τῶν ἐπάλξεων, ἐγκρατεῖς τε τῶν ἔσω γενή-
 σεσθε καὶ ἐμὲ πολλοῦ ἄξιον κρίνετε." ἦλθον κατὰ τὸν λόγον 20
 ἐκείνου, καὶ εἰσῆλθον ἅμα τῇ προσβολῇ, παίοντες καὶ τιτρώσκον-
 τες τοὺς καταλαμβανομένους. οὐκ ἦν δὲ ὅστις τῶν ἀποθνησκόν-

2 δὴ] τοι?

rat, quos ipsis oculis rerum inspectores ac testes adhiberet. (34) ac vero tempore praelabente evasisset urbs quoque excidium, dum hi nul- lam non machinam adhibent, quibus urbes expugnari solent, illi fortiter depellunt; multique desiderati, dum sic pugnaci contentione utrinque certatur. hactenusque Agareni irrito conatu laborant, multisque suorum peremptis ac longe diminuto ipsorum exercitu altos illos animos ponunt: ad septuaginta enim milia, censu habito, post captam urbem inventa illis desiderari. verum fieri non poterat ut transiret quem deus caelitus gladium intentaverat, ob contumelias quibus haeresi in dies augescente ab eis excipiebatur. idcirco plebeius quidam exque populi faece (Boi- ditzes misello nomen erat) illis iam recessuris et cum probro ad sua re- versuris, inter missilia iactis literis, ita suggessit. "quid vos, amici, tantis exantlatis laboribus, re infecta aerumnis confecti recessuri estis? venite ergo ad eas turres, ubi superne lapideus bubulus, foris vero leo marmoreus impositus est, meque ibi invenientes, qui eadem vobiscum sentiam ac religionis cultu coniunctus existam; ac cum alioqui ea in parte imbecilliora sint propugnacula, compotes urbis efficiemini ac me pluri- mum coletis." veniunt itaque ut praemoniti erant, moxque aggressi in- grediuntur, trucidantes ac vulnerantes, si quos obviam habebant. qui

των οὐκ ἦν. πάντες δὲ ἀνηροῦντο καὶ ἔπιπτον ποταμοὺς κινου-
 τες ἐξ αἵματος. οὕτω μὲν οὖν αἰρεῖται τὸ Ἀμόριον καὶ χερσὶν
 ἀνόμων ἀνομωτέρως προδίδεται, ἐκείνων μόνον ζώντων τῶν μέχρι
 τοῦ Βαγδὰδ παραπεμφθέντων, τῶν κατὰ τὰ θέματα τελούντων
 5 μεγαστάνων τε καὶ κραταιοτέρων ἀνδρῶν, οἷς καὶ οἱ μβ' μάρτυρες C
 συνηρίθμητο. οἱ δ' ἄλλοι ἅπαντες μαχαίρας πολεμικῆς ἐγίνοντο
 τρόπαιον. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οὕτως ἔπεισε τὸν ἐχθρὸν ὁ Θεόφιλος
 πρέσβεις δευτέρους ἀποστείλας, ἐπὶ κεντηναρίοις διαχοσίοις ἐξω-
 νήσασθαι τε καὶ τῶν ἐχθρῶν λυτρώσασθαι τὸν αἰχμάλωτον λαόν,
 10 εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τοὺς γε τέως πρὸς γένος αὐτῷ πλησιάζοντας καὶ
 ἐπὶ συμμαχίαν αὐτῷ ἀποσταλέντας ἐκεῖ. ἀλλὰ μέγα μὲν οὖν
 γαυριῶν μέγα δὲ γε φουσῶν ἐκείνους τε τοὺς πρώτους καὶ τοὺς
 δευτέρους τούτους ἀνταπέστειλε πρέσβεις, καταμωκώμενός τε καὶ
 πλύνων ὑβρεσι, "τοσοῦτοις μόνοις" φάσκων "ἐξωνήσασθαι βού- D
 15 λιαθε κεντηναρίοις, ἔνθα τῶν χιλίων μέχρι φιλοτιμίας ἔνεκα καὶ
 δωρεῆς ὑμῖν κατανάλωται;" οἷς καὶ τὴν καρδίαν παθῶν ὁ Θεό-
 φιλος, καὶ ὡσπερ ὑπὸ πυρός τινος ἀναζέων ἢ ἐλαννόμενος, ἐδεῖτο
 τοῦ περιψύχοντος ὕδατος ἐκ χιόνος προσφερομένου. χλιαροῦ δὲ
 πως τῷ τῆς καρδίας καύσωνι δοκοῦντος, συνέβη κάκεινον ἐξ ἐκεί-
 20 νης τῆς πόσεως δυσεντερίας νόσῳ περιληφθῆναι καὶ ἄκοντα, καὶ
 τῇ νόσῳ ταύτῃ τοῦ γενέσθαι ἐκτός. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸ Ἀμόριον
 οὕτως.

10 γένους?

necem effugeret, nullus erat. caedebantur et cadebant omnes, ac cruo-
 ris rivi late diffleebant. sic itaque captam Amorium, maioriq̄ scelere
 ac improbitate impiorum manibus proditum. illi tantum mortem effuge-
 runt, qui Bagdad usque missi sunt, viri scilicet per themata ac legio-
 nes proceres fortissimiq̄, quibus etiam connumerati sunt quadraginta
 duo martyres. reliqui omnes hostili gladio perempti sunt. nam nec
 secundis missis legatis, qui ducentis centenariis eos qui bello capti essent
 de exercitu ab hostibus essent redempturi, barbari animum Theophilus
 ullatenus inflexit; nec modo alios, sed ne eos quidem licuit liberare qui
 se affinitate contingerent illucque suppetias ab ipso missi essent. verum
 ille immensum glorians, fastuq̄ tumens ac superbiens, utrosque tam
 primos quam secundos legatos prolixè derisos probrisq̄ onustos ac
 complutos remisit, hoc unum adiiciens: "num tam paucis centenariis
 vultis redimere, qui munificentiae ac liberalitatis ostentandae causa ad
 mille usque centenaria expendistis?" ex his Theophilus cordis dolore
 affectus, ac velut igni quodam exaestuans, aquam ex nive expressam
 sibi afferri postulavit; quae in tanto illo pectoris aestu cum prope tepida
 illi videretur, imprudens dysenteriae morbo ex illa portione corripitur,
 eaq̄ aegritudine moritur. hactenus ea quae spectant ad Amorium.

35. Κατὰ δὲ τὴν οἰκίαν χώραν παλινδρομήσας ὁ Ἀγα-
 ρηνὸς τοὺς εἰρημένους ἀρχηγούς ἐν φρουρᾷ τινὶ σκοτεινῇ τῷ ξύλῳ
 P 82 ἀσφαλίσάμενος καθεῖρξεν, βραχεῖ τινὶ ὕδατι καὶ ἄρτῳ τούτους
 ἐντειλάμενος ἀποζῆν. ἐν τοσοῦτῳ δὲ σκότει ἀσφαλείᾳ κατείχοντο
 ὡς μήτε κατὰ τὴν σταθερὰν μεσημβρίαν μικρὸν τι ἀγιάζεσθαι, 5
 ἀλλ' ἢ τῆ ἀλλήλων φωνῇ γινώσκεσθαι τε μόνῃ καὶ μόνων τῶν
 φυλάκων ἀπολαύειν, τῶν ἄλλων στερουμένους ἀνθρώπων, καὶ ὡς
 ἐν ἐρημίᾳ βαθυτάτῃ διάγειν. τούτοις τοῖς δεινοῖς ἐπὶ ἑπτὰ ὄλοις
 ἔτεσι προσεκαρτέρησαν. ἄρτι δὲ κατὰ τὴν πέμπτην τοῦ Μαρτίου
 μηνὸς ὁ τὸ Ἀμόριόν τε προδοὺς καὶ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος 10
 Βοιδίτζης κατὰ τὴν φυλακὴν γενόμενος, Κωνσταντῖνον ἄνδρα
 φρόνιμον καὶ σοφία ἐντεθραμμένον φωνήσας (Κωνσταντῖνος δὲ
 B οὗτος ἦν ὑπηρετῶν τῷ πατρικίῳ κατὰ τὴν ἐν λόγῳ γραφήν), οὗ
 χρήζειν ἔφη τινὰ τῶν ἐντὸς παρεῖναι σοι καὶ τῶν ἐμῶν τυγχάνειν
 μυστηρίων ἀκροατήν. ὡς δ' οὐδένα παρεῖναι ὁ Κωνσταντῖνος 15
 καθωμολόγει, "ἄγε μοι" ἔφησεν, "ὦ φιλότατη καὶ γλυκεῖα ψυχὴ
 (γινώσκεις γὰρ τὸν ἀρχῆθεν πόθον σου συμφυέντα μοι), βουλή-
 θῃτι μετὰ τοῦ πατρικίου τῷ πρωτοσυμβούλῳ συνεύξασθαι καὶ
 μαγαρίσαι τὴν αὔριον, ἵνα μὴ παρανάλωμα γίνῃσθε μαχαίρας καὶ
 αἰκισμῶν. τοῦτο γὰρ αὐτῷ διὰ σπουδῆς ἔχοντι καὶ μελετῶντι 20
 συμφέρον ἡγησάμην σοι ὡς φίλῳ δηλοποιῆσαι πιστῷ. θέλησον
 C γοῦν αὐτῷ μὲν κατὰ τὸ φανερόν συνεύξασθαι, θεῷ δὲ τὰ κρυπτά

85. Agareus porro ad suam regionem reversus, quos diximus pro-
 cures compedibus vinctos in tenebricoso quodam ergastulo inclusit, brevi
 aqua ac pane vitam sustentare iubens. tantis vero obsitus tenebris locus
 erat sicque arcta tenebantur custodia, ut nec alto meridie lucis quic-
 quam eis splendesceret. una vox erat, qua alter alterum dignoscebant:
 nulla eis cum aliquo, praeterquam cum custodibus, consuetudo: cum aliis
 penitus sublata; nec aliter quam in altissima eremo vitam agebant.
 tantis malis ad annos septem conflictati sunt. iam autem quinta martii
 Amorii proditor et a Christo apostata, Boiditzes, in carcerem veniens,
 vocato Constantino viro prudente et sapientiae studiis educato (hic
 namque Constantinus, ut historiae monumenta testantur, Patricio mini-
 strabat in scribendis literis), "haud" inquit "opus est quenquam tecum
 intus esse, eaque audire quae tibi secreto commissurus sum." cumque
 Constantinus neminem adesse affirmasset, "age" inquit "carissima mihi
 ac dulcissima anima: scis enim quo te pridem desiderio medullitus prose-
 quar. ne, quaeso, renuas in crastinum, adiuncto tibi Patricio, una cum
 protosymbulo comprecari ac Saracenorum more caeremoniari, ne utrum-
 que gladio ac verberibus confici contingat. cum enim id ille imprimis
 velit ac moliatur, operae pretium putavi ut tanquam fido amico rem
 tibi manifestam facerem. velis ergo in manifesto una cum illo vota red-
 dere oreque tensus orare: deo autem, qui occulta scrutatur, intus animo

ἐντολάς; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐξ ἱερατικοῦ κλήρου, ὃ σὺ πάλαι ἐγκατέ-
 λέξω, πρὸς σχῆμα ἤλθες τῶν λαϊκῶν· οὐδὲ χεῖρας ἀθώους οὔσας
B αἱμάτων σου νῦν ἐν πολέμοις ἐπλήρους πάλιν αὐτὰς τῶν μολυσμά-
 των τε καὶ μiasμάτων.” καὶ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἐμβραδύνας, μηδέ
 τινα χρόνον ἀναβαλλόμενος, “διὰ τοῦτο” ἔφη “καὶ τὸ ἐμὸν ἐκχέαι
 αἷμα οὐ κατοκνήσω, ἵνα μοι λύτρον τε καὶ λουτρόν τῶν πεπλημι-
 μελημένων ἀναφανέν τὴν βασιλείαν δώῃ αὐτοῦ, ἧ ἀποδράσας τίς
 σου τῶν οἰκετῶν καὶ αὐθις ἐπανακάμψας τὴν σοι φίλην λειτουρ-
 γίαν ἐκτελοῖη, εἰς τὴν συγγνώμης χώραν ἄλλ’ οὐκ ἀγνωμοσύνης
 χωροῖη.” καὶ ἅμα εἰς τὸ τῆς ἀθλήσεως εἰσῆει ὡσπερ τις Ὀλυμ-
10
C πιονίχης στάδιον, καὶ πρὸς τὸν πατρίκιον Κωνσταντῖνόν φησι,
 τὴν ὑφέρπουσαν ὡσπερ αὐτοῦ δειλίαν καὶ φόβον ἀποσοβῶν, “ἄγε
 δὴ, ὃ στρατιῶτα Χριστοῦ, τὸ πρόκριτος εἶναι πάντων ἡμῶν πρὸς
 τὸν ἐπὶ γῆς βασιλέα λαχὼν, πρῶτος καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνα-
 λάμβανε στέφανον.” ὁ δ’ ἱερὸς Κωνσταντῖνος “σοὶ μᾶλλον ὡς
15
 γενναίῳ καὶ κρατερῷ” ἔφη “τὸ τοιοῦτον προσῆκεν ἀξίωμα, ὅθεν
 ἀκόλουθον ἔξεις με, σαντὸν πρῶτον εἰς θάνατον παραδιδούς.”
 ἐπιρρώσαντες οὖν ἀλλήλους τοῖς παρακλητικοῖς, κατὰ τὰς κοσμι-
 κὰς ἀξίας πρὸς τὸν διὰ μαρτυρίου ἕκαστος ἐχώρει δὴ θάνατον,
 πάντων θαυμαζόντων τὴν μετὰ πεποιθήσεως καὶ γενναίας τούτων
20
D ψυχῆς ἀθλήσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

7 ἦ] ἦ εἶ?

eius mandata, uti vos vocatis, non dilexeris? nonne ex sacerdotali clero, cui pridem adscriptus fueras, laicorum habitum institutumque amplexus es? nonne manus, cum a sanguine insontes essent, nunc iterum inter praelia sordibus ac inquinamentis replebas?” ad quem Theodorus nihil cunctatus nullaque mora “haec ipsa” inquit “causa est cur neque sanguinem fundere recusem, quo nimirum pretium ille ac lavacrum mihi effectus illius mihi regnum conciliet, quemadmodum tu, si quis servorum fugerit, ac postea reversus, cui obsequio mancipare placuerit, illud recte exsequatur, venia dignum habueris, non quasi improbum castigabis.” ita locutus certaminis stadium haud secus ac Olympicis certaminibus victor quispiam ingreditur, aitque ad Constantinum Patricium, subrepentem ei formidinem metumque velut depellens, “age, rogo, Christi miles, qui apud terrenum regem nobis omnibus maiores honores consecutus sis, primus quoque martyrii lauream accipe.” ad quem sacrae Constantinus “tibi potius velut strenuo exque nominis ratione κρατεροῦ (victori scilicet et robusto viroque forti) ea convenit dignitas; unde me habebis comitem, cum primum te deo victimam obtuleris.” sicque mutuo hortatoriis verbis sese confirmantes, pro eo ac quisque saeculari militia maiori dignitate fulserat, ad mortem per martyrium contendebant, cunctis eorum cum fiducia generoseque proposito certamen mirantibus. verum haec postea.

37. Τότε δὲ ὁ βασιλεὺς Θεόφιλος οὐ φέρον τὴν ἐκ τῶν Ἀγαρηνῶν ἥττιαν καὶ ἀδοξίαν, πατρίκιον Θεοδόσιον, ὃς οὕτως ἐλέγετο ὁ Βαβούτζικος, πρὸς τὸν ῥήγα Φραγγίας ἐξαποστέλλει, στρατεύματα ἐκεῖ αἰτῶν γενναῖά τε καὶ πολυάνθρωπα. οὐδὲ γὰρ χειρῶν ἀσθενεία ἢ ψυχῆς μαλακότητι τοὺς ἑαυτοῦ κέκρικεν ἥττῶσθαι ποτέ, φυγομαχία δὲ καὶ ταῦτόν εἰπεῖν προδοσία τοῦτο πάσχειν αἰεί. ἀλλὰ καὶ ἂν ἔλαβεν πεῖραν καὶ τῶν ὧν προσεκαλεῖτο ἐθνῶν δύναμιν καὶ ἰσχὺν [ἦσθευ] (μετ' εὐφροσύνης γὰρ τὴν πρὸς βασιλέα ἐπικουρίαν ὁ ῥῆξ ἀπεδέδεκτο) καὶ αὐθις κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν P 84
 10 ἐστράτευσεν ὁ δυστυχεὺς Θεόφιλος (ταύτην δὲ τὴν προσηγορίαν ἐκ τοῦ αἰεί πως ἥττῶσθαι κατὰ πόλεμον ἐκληρώσατο), ἢ μὴ ὁ ἀποσταλὴς Θεοδόσιος ἐκ τοῦ βίου γενέσθαι προέφθασεν. ἐκείνου τε γὰρ ἢ ἀποβίωσις τὸν στρατὸν ἐκείνον πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐλθεῖν οὐ πεποίηκε, καὶ τοῦ βασιλέως ἐπικρατήσασα ἢ τῆς δυσεντερίας
 15 νόσος θανατεῖν ἐποίει ἀλλ' οὐ πρὸς ὄπλα χωρεῖν.

38. Ὡρα δὲ καὶ τὰ τοῦ Θεοφύβου εἰς μέσον θεῖναι καὶ πᾶσι καταστῆσαι σαφῆ. ἔκ τε γὰρ τῆς εἰρημένης ἤδη κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐν νυκτὶ τὸν πόλεμον συστήσεσθαι αἰτίας, ἀλλὰ καὶ B
 τῆς κατὰ τὴν νύκτα γενομένης λαθραίας ὀμιλίας πρὸς τοὺς Σαρακηνούς, ὡς ἔφαμεν, καὶ ἄλλοθεν δέ ποθεν κατ' αὐτοῦ λοιδορία καθοσιώσεως ἐπιφνεῖσαι καὶ αὐξηθεῖσαι μισητὸν εἰργάζοντο τὸν ἄνδρα καὶ φοβερόν. καὶ ἐπεὶ μὴ οἶός τε ἦν ἀντισχεῖν, εὐεξαπά-

15 θανατῶν? an δυσθανατεῖν?

18 καὶ] δὲ P

37. Tum vero Theophilus imperator, quam ab Agarenis cladem probrumque acceperat, animo non ferens, Theodosium patricium, cui Babutzicus nomen erat, ad regem Franciae mittit, fortes inde auxilios ac numerosas copias ad se mitti petens. existimabat enim suos nunquam virium imbecillitate aut molliore animo victoria cecidisse, sed pugnae detrectatione, seu (quod idem est) proditione, id illis semper accidisse. ac plane rem experturus erat, ac gentium, quarum auxilia rogaverat, sensisset potentiam, siquidem Francorum rex legationem libens habuerat, nec missurum se armatos abnuebat, novaque rursus acie infortunatus Theophilus (hoc enim ille sibi nomen asciverat, quod in praeliis semper victus exiret) in Agarenos expeditionem suscepisset, nisi quem ille miserat Theodosius prius in humanis esse desisset. nam tum illius mors in causa fuit ne Francorum auxilia in urbem regiam venirent; tum dysenteriae invalescens morbus imperatori mortem attulit, non etiam resumendi arma facultatem fecit.

38. Porro tempus est ut et Theophobi res in medium producamus ac cunctis eas notas faciamus. ex ea enim, quam dixi iam, nocturna illi adversus Saracenos insinuata pugna, quin et ex nocturno clanculum cum Saracenis, quo de supra, habito colloquio, nec non aliis quibusdam orta in eum auctaque maiestatis crimina exosum virum reddebant et formidolosum.

τητον ὄντα εἰδὼς τὸν Θεόφιλον, φυγαδεῖα χρησάμενος πρὸς τὴν Ἀμαστριν (πόλις δὲ αὐτῆ Ποντικῆ) μετὰ τέκνων ὁμοῦ χωρεῖ τε καὶ γυναικῶν καὶ τινων ἐκκρίτων ἀνδρῶν. ἀνήγεται οὖν στόλος εὐθὺς κατ' αὐτοῦ, καὶ πόλεμος σφοδρὸς ἐξηρτύετο ὡς πρὸς ἐχθρὸν C τοῦ βασιλέως κατάδηλον, καὶ τοῦ τοιούτου στόλου ἀρχηγὸς ὁ τῆς 5 βίγλης δρουγγάριος οὕτως Ὠορύφας λεγόμενος. ἀλλ' ὁ Θεόφοβος τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν οὐκ ἔφησε δίκαιον εἶναι Χριστιανὸν ὄντα αἵμασιν ἀνθρώπων χαίρειν πιστῶν· ὅθεν ὑπέκει τῷ βασιλεῖ ὄρκους δελευσθεῖς, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπανάγεται τοῖς ὄρκους θαρρῶν. ἀλλ' ὁ Θεόφιλος τούτους θέμενος εἰς οὐδὲν 10 νῦν μὲν εἰρκτῆ τινὶ καὶ φρουρᾷ τῇ κατὰ τὸν Βουκολέοντα τοῦτον τίθησι, φρουρεῖσθαι προστάξας· μιᾷ δὲ τινὶ τῶν ἡμερῶν, ἐπεὶ ἔγνω ἑαυτὸν ἤδη ἀποβιοῦντα καὶ τὰ ἔσχατα πνέοντα, κελεύει ἐν νυκτὶ ἐξ αὐθεντίας ἀποτμηθῆναι οἷόν τι πικρὸν αὐτοῦ ἐντάφιον D καὶ λυπηρόν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἐκείνου ἀχθῆναι κεφαλὴν. ἐπεὶ 15 γοῦν ἤχθη κατὰ τὸ πρόσταγμα, τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὴν ἐκείνου ῥίνα λαβὼν “νῦν γε” ἔφησεν “οὐδὲ σὺ Θεόφοβος οὐδ' ἐγὼ Θεόφιλος.” εἰσὶ δὲ οἱ τὸν θάνατον τοῦ Θεοφόβου τῷ Ὠορύφῃ ἀλλ' οὐ τῷ βασιλεῖ διδώσιν, φάσκοντες ὡς ἅμα τῷ πιστεῦσαι τούτῳ αὐτόν, τὴν κεφαλακὴν ἐπαγαγεῖν τιμωρίαν αὐτῷ λάθρα διὰ νυκτός. ἐκεῖθεν 20 οὖν διαβεβόηται μέχρι τοῦδε παρὰ Πέρσαις μὴ ὄψεσθαι θάνατον τὸν Θεόφοβον ἀλλ' ἐν ἀφθαρσίᾳ διαζῆν, τῷ κρέβδην ἀλλ' οὐκ ἀναφανδὸν τὸν ἐκείνου θάνατον γενέσθαι ποτέ.

et quia is non satis obniti poterat, cum Theophilum facilis ad calumniam ingenii non nesciret, fuga se cum liberis et uxoribus aliisque delectis viris ad Amastridem Ponti urbem recepit. mox ergo in eum missa classis, graveque omni armorum apparatu, tanquam adversus apertum imperatoris hostem, instructum bellum. classi praeerat excubiarum drungarius Ooryphas nomine. verum Theophobus pro nominis ipsa ratione, concepto intra semet ipsum dei timore, “iniquum,” ait, “qui sit Christianus, fidelium cruore gaudere.” cedit itaque Theophili iuramentis deceptus, iisque fretus ad eum reducitur. verum ille eorum sprete religione hactenus quidem in Bucoleonis carcere includi ac servari iubet: quadam vero die, cum se iam mori ac supremum spiritum agere cognosceret, noctu velut acerbam tristemque sepulcralem victimam ex potestate meroque arbitrio obtruncari praecipit exsectumque caput ad se deferri. ubi allatum pro eo ac mandaverat fuit, arrepto manu illius naso “nunc” ait “neque tu Theophobus nec ego Theophilus.” non desunt vero qui Theophobi necem Ooryphae adscribant, non Theophilo; ac dicant, cum primum se ille ei dedidit, noctu ab eo ac secreto capitis poenam excepisse. hinc apud Persas fama percrebuit, non visurum mortem Theophobum, sed incorruptae vitae perennitatem consecutum esse, eo quod eius mors nunquam palam prodita est.

39. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κρητες παντὶ στόλῳ ἀρά- P 85
 μενοι τὴν περὰ τὸν Ἰθάκην τῶν Θρακησίων καὶ ἠχμαλώτιζον.
 παρὰ τοσοῦτον δὲ αὐτῶν ἐχώρον τὰ νεανιεύματα καὶ τὰ στρατη-
 γήματα παρ' ὅσον οὐ τὴν ἀλγυαλίτιν μόνον ἐπειρῶντο καταδρα-
 5 μεῖν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἐν τῷ ὄρει, ὅπερ οὕτω καλεῖται Λάτρος,
 ἐνσκηνοῦντων καὶ τῶν μοναύλιον βίον ἀσπαζομένων γυμνῶ τῷ
 ξίφει χωρεῖν καὶ Μυσῶν λείαν τὰ ἐκεῖσε ποιεῖν. ἀλλὰ Κωνσταν-
 τῖνος ὁ κατὰ τὸν Κοντομύτην τηνικαῦτα τὴν πρόνοιαν τοῦ θέμα-
 10 τος τούτου ποιῶν, ἐπέπερ ἔξω πρὸς τὴν χέρσον ἐγένοντο, ὡς δελ-
 φῖνας τούτους ἀπέσφαξε καὶ γενναίᾳ χειρὶ τῇ ἀφανείᾳ πάντας παρ- B
 ἔδωκεν. καὶ κατὰ τὸν τῆς αὐτοκρατορίας δὲ χρόνον αὐτοῦ καὶ
 τὸν Ὀκτώβριον μῆνα, εἰς Ἰνδικτιῶνα ἡγδόην, ὁ τῶν Ῥωμαίων
 στόλος ἐν τῇ νήσῳ τῇ Θάσῳ καταναυμαχηθεὶς ἄρδην ἅπας ἀπώ-
 15 λετο. καὶ κατὰ τὸ ἐξῆς δὲ τὰς Κυκλάδας νήσους, ἀλλὰ μὴν καὶ
 τὰς ἄλλας ἀπάσας, ὁ τῶν Ἰσμαηλιτῶν κατασύρων στρατὸς οὐκ
 ἐπαύετο. καὶ αὐτίς ἐν Ἀβασγίᾳ ὁ τε Θεόφοβος καὶ ὁ τῆς Θεοδώ-
 ρας ἀδελφὸς Βάρδας ὑποσταλέντες μετὰ στρατιᾶς ἰσχυρῶς ἐδυστύ-
 χησαν, ὀλίγων ἄγαν ἐκεῖθεν ὑποστρεψάντων. ἀλλὰ καὶ αὐχμοὶ
 καὶ πάλιν χειμῶνες ἐξαίσιοι καὶ ὄλως ἀνωμαλῆαι καὶ δυσκρασίαι C
 20 κατὰ τὸν αἴρα γινόμεναι ἐκάκουν τὴν γῆν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ, ἐξ ὧν
 σιτοδείαι καὶ λιμοὶ καὶ γῆς ἐκ σεισμῶν ἀνατιναγμοὶ οὐκ ἦν ὅτε μὴ
 ἐγένοντο κατὰ τὴν αὐτοῦ ἅπασαν τῆς βασιλείας ἡμέραν.

11 τὸν αὐτὸν τῆς?

39. Circa idem tempus Cretenses plena educta classe Thraciae
 maritima populari praedasque agere ac captivos abigere. eo usque au-
 tem processit illorum insolentia ac bellicus furor, ut non solum mariti-
 mam depraedari conarentur, sed et in eos qui montem sic dictum Latrus
 habitant, ac vitam monasticam agunt, strictis gladiis irruerent, eorum-
 que omnem suppellectilem Mysorum, quod aiunt, praedam facerent.
 Constantinus tamen Contomytes eius tunc provinciae praefectus, quod
 relictis navibus longius in terram excurrerant, velut delphinos in conti-
 nenti deprehensos iugulavit cunctosque strenua manu internecioni dedit.
 eodem quoque Theophilo imperatore mense Octobri, indict. 8, Romano-
 rum classis in Thaso insula navali praelio expugnata tota penitus periit.
 deincepsque Cyclades insulas, quin et alias omnes, diripiendi ac popu-
 landi Ismaelitarum classis atque exercitus nullum finem fecit. iterum
 quoque Theophobus et Augustae frater Bardas cum exercitu in Abasgam
 missi infaustis adeo ominibus rem gesserunt, ut pauci admodum ex illa
 expeditione reduces fuerint. sed et nimii aestus ac rursus exuberantes
 pluviae prorsusque aëris inaequalitas intemperiesque terram ac colonos
 laedebant, indeque rerum penuria ac fames. vix quoque vel unum diem,
 quandiu ille rerum potitus est, terra motibus quati destitit.

40. Ἐπει δὲ ὄλην ἐκκενώσας τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν τῆς γαστρὸς διαρροία καὶ φθόγῃ, ὡς μηδαμοῦ στήναι τῆς ψυχῆς ἔτι δυναμένης ἀλλ' ἀποπτῆναι αὐτῆς ζητούσης καὶ ἀποστῆναι, ἐδέδλει [δὲ] περὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, ἐν τῇ Μαгнаύρῃ πάντας ἐκκλησιάσας [ὅτε] καὶ μόγις κλίνης ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων **D** κουφισθεὶς καὶ ἄρθρῆς, καὶ πολὺ ἀθροίσας πνεῦμα ἐν στεναγμῷ, "ἄλλος μὲν" ἔφη "ἀπολοφυρόμενος ἐν τοιαύτῃ νόσῳ καὶ καταιγίδι τὸ τῆς νεότητος ἄνθος ἐξετραγώδησε καὶ τὴν τοσοῦτην εὐδαιμονίαν, αἷς ὃ ἔξ ἀρχῆς φθόνος ἐπιβασκαίνων με δεινῶς τὰ νῦν ἐποφθαλμίζει καὶ ἔξ ἀνθρώπων με ποιεῖ. ἐγὼ δὲ τὴν τῆς γαμετῆς **10** μου χηρείαν προορῶν καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ δυσποτμίαν καὶ ὀρφανίαν, πρὸς δὲ καὶ διακόνων ἡθροισι καλοῖς ἐντραφέντων καὶ θεραπεύσας καὶ τῆς ἐμῆς συγκλήτου καὶ γερουσίας τὴν στέρησιν, ἀνακλαίομαι, ὧ παρόντες, καὶ ἀποδύρομαι οἷς τε ὑμᾶς χειροθήθεις ὄντας καὶ πρᾶεῖς καταλιμπάνων πρὸς ὃν οὐκ οἶδα πορεύομαι βίον, καὶ ἀλ- **15**

P 86 λάσσομαι δόξαν ἀνθ' ἧς οὐδ' ὄλωσ δ τι μοι προσαπαντήσεται ἔγνωκα. ἀλλὰ μέμνησθέ μου τέως τῆς ἧς οὐκέτι γλώττης ἀκούσεσθε καὶ ἦν ὅτε πικρὰ τοῦ πρέποντος ἔνεκεν καὶ συμφέροντος· καὶ τὴν μετὰ θάνατον εὐνοιαν εἰς τε υἶόν καὶ γυναῖκα διαβαίνουσαν ταμιεύσασθε, ἐκεῖνο πάντως προσενθυμούμενοι, ὡς ὁποῖός **20** περ ἕκαστος τῷ πέλας τούτου γενήσεται, τοιοῦτον καὶ αὐτῷ τὸ πρὸς τὸ μέλλον συμβήσεται." τοιούτοις ῥήμασι τῆς βασιλικῆς

10 τῆς om P

40. Quia vero corporis omnem substantiam ventris diarrhoea tabo- que exhauserat, nec usquam iam anima sisti poterat, sed avolare ac abscedere quaerebat, de filio atque uxore sollicitus eorumque securitati cavens communem omnium conventum ad Magnauram indicit. ibi aegre sublevantibus lectoque tollentibus necessariis, copiosum cum gemitu ducens spiritum, "alius" inquit "istiusmodi affectus aegritudine, tantoque quatiente turbine, iuventutis florem dire lamentaretur tantamque hanc felicitatem; quibus iam olim insidiatus livor, nunc quoque graviter obtuens, humanis me rebus extrudit. at ego uxoris futuram viduitatem praevidens filiique orphani sortem miseram, ministrorum item atque servorum qui probis moribus ac obsequiis innutriti sunt, mei denique senatus ac procerum privationem, vehementius defleo atque deploro, o vestra praesentium concio, quod vos mansuetos mitesque relinquens ad eam quam nescio vitam proficiscor, gloriamque commuto, cuius loco quid mihi eventurum sit ignoro. verum hactenus meae memores linguae estote, quam nunquam amplius estis audituri; quae et acerba, pro eo ac honesti atque utilis ratio exposcebat, quandoque locuta est, nuncque cum e vivis excessero, benevolentiam in filium uxoremque recurrentem reponite, istud omnino cogitantes, fore ut qualis quisque in proximum suum extiterit, tale ei quoque in futurum contingat." verbis eiusce-

πάντας κατακηλούσης γλώττης καὶ ἡμερούσης, οὐκ ἦν ὅστις ἀδάκρυτος ἦν, οὐδ' ἦν εἰκάσαι τὸν ἀναπεμφθέντα ἐκ τῶν παρόντων στεναγμὸν τε καὶ ὀδυρμὸν.

41. Μικρὸν οὖν ἔτι ἐπιβιώσας κατὰ τὴν εἰκάδα τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς τὸν βίον μετήλλαξεν, τῆς βασιλείας γενόμενος ἑκκρατῆς μῆνας τρεῖς ἐπὶ δώδεκα ἔτεσιν, πολλὰ τοὺς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως περιεχομένους παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον μυσαιτόμενός τε καὶ χειμῶνα πάντα κατὰ πᾶσαν ὥραν καιροῦ ἐπάγων αὐτοῖς ἀφειδῶς, ἀνθ' ὧν ἔνεκεν καὶ τὸ δυστυχῆς ὄνομα παρὰ παντὸς ἀνθρώπου ὡσπερ τινὰ κληρὸν ἐπήγετο, μηδέποτε τρόπαιον στήσας κατὰ τῶν ἐχθρῶν βασιλικόν τε καὶ ἀξιεπαῖνον, μήτε μὴν τὴν προτέραν ἤτταν ἀναμάχεσθαι δυναθεῖς, καίτοι γε ὀκτωκαίδεκα πολέμους παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν συστήσας, καὶ τοσαύτάκις αὐτοῖς συμπλακεῖς καὶ πρὸς παρατάξεις χωρήσας οὐκ ἀγενεῖς. ἀλλὰ τοῦτον μὲν οὕτω καταστρέψαντα τὸν βίον ἐνταῦθα καταλιπόντες ἐπὶ τὰς καταλοιπὸν οἰκοδομὰς αὐτοῦ που περὶ τὰ ἀνάκτορα οὔσας βαδιούμεθα, ἀξιολογωτάτας οὔσας καὶ μνήμης τυχεῖν ἱκανάς.

42. Εὐθὺς γοῦν ἀπὸ τοῦ Κυρίου εἰσιὼν κατὰ τὸ πρόσωπον ὑπαντώσας εὐρήσεις αὐτάς. ὃ τε γὰρ Καριανός, ὃς οὕτω φέρει τὴν κλησιν διὰ τὸ ἀπὸ τῆς γραδῶσεως ἔχειν ἀπὸ λίθου Καριανοῦ οἶόν τινα πλατὺν ποταμόν, ὃ καὶ χρηματίζων σήμερον βε-

16 περι] ἐπὶ P

21 ἐπὶ?

modi imperatoris lingua concionem omnem delinente atque mulcente, in ea qui lacrimas teneret nullus erat, maiorque omnium pectore erumpens gemitus ac eiulatus quam ut ullus satis coniectura assequi queat.

41. Paucos hinc dies vitae superstes vigesima die Ianuarii naturae debitum solvit, imperio potitus annos duodecim menses tres. adversus rectae fidei professores per omnem vitam odium implacabile gessit, nullumque non turbinem omni hora ac quavis occasione nulla eis venia indulgentiaque adhibuit; quo factum est ut infortunati nomen apud omnes velut hereditario quodam iure reportarit. nunquam pro imperii maiestate ac laude dignum adversus hostes tropaeum erexit, ac neque acceptam cladem resarcire unquam satis potuit, idque cum octodecies per omnem vitam suscepta adversus hostes expeditione toties cum illis signa contulerit, nec contemnendas copias pugnam commissurus duxerit. verum Theophilo sic vita functo a nobis relicto, ad reliqua eius aedificia exstantia in palatio procedamus, utpote praemagnifica dignaque memoria.

42. Statim itaque a Cyrilo ingredienti aedificia illa in faciem incurrent. nam et Cariani domus, sic dicta quod a gradibus quandam velut fluminis planitiem Cariano strata lapide exhibeat, quae et hact-

στιάριον τῶν ἀποθησαυριζομένων πέπλων [ἐκ] σηρικῶν, τῆς ἐκεῖ-
 νου προνοίας ἔργον ἐστίν, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὁ γείτων αὐτοῦ κε-
 χρυσωμένην ἔχων ὄροφὴν Τρίκογχος, ἐκ τοῦ σχήματος τὴν κλῆσιν
 λαχών· τρισὶ γὰρ κόγχαις μετεωρίζεται, μιᾷ μὲν κατὰ τὴν ἀνατο-
 λὴν συνοικοδομούμενος, ἢ καὶ ἐκ τεσσάρων κίωνων Ῥωμαίων ὑπο- 5
 στηρίζεται, δυοὶ δὲ ἑγκαρσίαις, κατὰ ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν
 φημί. τὸ πρὸς δύσιν δὲ τοῦ οἴκου μέρος ὑπὸ δύο μὲν κίωνων ἀνέ-
 χεται, τριῶν δὲ πυλῶν τὴν ἔξοδον δίδωσιν. τούτων ἡ μέση μὲν
 P 87 ἔξ ἀργύρου κατεσκευάσται, αἱ ταύτης δὲ ἑκατέρωθεν ἐκ γεγανω-
 μένου χαλκοῦ. ἡ ἔξοδος εἰς τὸ καλούμενον οὕτω Σίγμα ἐξάγει, 10
 ἐκ τῆς πρὸς τὸ στοιχεῖον ὁμοιότητος τὴν ἐπωνυμίαν λαβόν, ὃ ἴσῃν
 τε καὶ ὁμοίαν τοῦ Τρικόγχου τὴν εἰς τοὺς τοίχους ἐπανθοῦσαν
 ὠραιότητα φέρει· ἐκ γὰρ λακαρικῶν παμποικίλων τοῦτό τε κἀκεῖνο
 μαρμάρωται. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὴν ὄροφὴν ἔχει στερρὰν τε καὶ
 λαμπράν, ὅτι καὶ πεντεκαίδεκα κίοσιν ἠδραστὰ ἐκ λίθου δοκιμί- 15
 νου· διὰ στύρακος δὲ πρὸς τὸν θεμέλιον αὐτοῦ κατιῶν τὴν αὐτὴν
 ἔχοντα τοῦ σχήματος εἰκόνα τε καὶ ὁμοίωσιν εὐρήσεις, ἐννέα πρὸς
 B ταῖς δέκα κίοσιν διαβασταζόμενον, καὶ τὸν περίπατον ἔχοντα κατ-
 εστρωμένον ἐκ λίθου πιπεράτου. τούτου δὲ πλησίον τοῦ περι-
 πάτου, ἐνδότερόν ποῦ καὶ ἀνατολικώτερον, Τετράσερόν τι ὁ τεχνί- 20
 τῆς ἐξήγειρεν, τρισὶ καὶ αὐτὸ κόγχαις διειλημμένον κατὰ τὴν εἰ-
 κόνα τοῦ ἐπικειμένου αὐτῷ Τρικόγχου. ἀλλὰ τὴν μὲν μίαν πρὸς
 τὴν ἀνατολήν, τὰς ἑτέρας δὲ δύο μίαν μὲν πρὸς τὴν δύσιν θαιέ-

nus sericarum vestium penus est, ac vestiarium vocatur, illius curae
 opus est. sed et illi vicinum Triconchum, auro obductum tectum habens,
 cui ex figura nomen est. triplici enim concha assurgit, una ad Orientem
 exstructa, quae et quattuor columnis Romanis (porphyreticas vocant)
 fulcitur, duplicique obliqua ad aquilonem et meridiem. ea porro domus
 pars quae ad occidentem spectat, duabus columnis sustinetur tribusque
 portis exitum praebet. harum media argento conflata, utrinque illi ad-
 iacentes aere splendent. exitus ad locum ducit Sigma appellatum, ab
 eius elementi affini figura. parem Sigma Triconcho in parietibus efful-
 gentem venustatem praefert: utrumque enim varii coloris marmoribus
 incrustatum est. quod autem Sigma vocant, tectum firmum habet ac
 praemagnificum, quindecim columnis ex lapide Docimino fultum. hinc
 per styracem ad eius fundamentum descendens eandem cum superioribus
 figuram habere invenies ac compositionem, novemdecim columnis subni-
 xum, constructa porticu piperato lapide. prope hanc porticum, paulo
 interius magisque ad orientem, aliud quidpiam Tetraserum excitavit ar-
 tifex, ipsum perinde triplici concha comprehensum, ad similitudinem im-
 minentis illi Triconchi; quarum una quidem ad orientem spectat, dua-
 rum vero aliarum alteram ad occidentem, alteram ad meridiem compre-

ραν δὲ πρὸς τὴν μεσημβρίαν συμπεριελήφεν. τὸ δὲ ἀρκτῶν μέρος ἐκ δύο κίωνων ἀληθινοπιπέρων ἔχει διανειρογόμενον Μυστήριον· οὕτω τὴν κλῆσιν ἔχει τοῦτο κατάλληλον. καὶ ἡ αἰτία ὅτι καθάπερ τὰ ἄντρα συνεπηχῶν ἀβλαβῆ τὴν ἤχῳ διαπέμπει πρὸς τοὺς ἀκούοντας· καὶ εἴ τις τῷ τοίχῳ πλησιάσας τῆς ἀνατολικῆς C κόγχης εἴτε δὴ καὶ δυτικῆς ἐν μυστηρίῳ τι εἴπη καὶ καθ' ἑαυτὸν, ἐκ διαμέτρου τε καὶ ἀντιπέρας ἰστάμενος ἕτερος, εἰ τὸ οὖς τῷ τοίχῳ ἐπιθῆται, τῆς ἐν μυστηρίῳ λαλουμένης ἐκείνης φωνῆς ἀπήκοός πως γενήσεται. τοιοῦτόν τι περὶ αὐτὸ Θαῦμα ἐγγίνεται.

10 43. Τούτῳ δὴ τῷ οἴκῳ παρεπεπήγει πως καὶ συγκατασκευάσται ὁ τοῦ Σίγμα περιστύλος, ὁ πρότερον ἡμῖν εἰρημένος. ἐκ δὲ τούτου ὑπαιθρὸν τι καὶ ἐξάερον κέχεται, μέσον μὲν φιάλην ἔχον χαλκῆν, ἐξ ἀργύρου τὸ χεῖλος ἔχουσαν ἰστεμμένον· ἢ διάχρυσον στραβίλιον ἔχουσα οὕτω κατιονόμασται, μυστικὴ τοῦ Τρι- D
15 κόγχου φιάλη, ἐκ τε τοῦ πλησίον ὠκοδομημένου Μυστηρίου καὶ τοῦ τρικόγχου οἰκήματος ἐπωνυμίαν λαβοῦσα. ἐκ δὲ ταύτης αὐτοῦ που πλησίον καὶ ἀναβάθραι ἐστήκασιν ἐκ Προικοννησίου λίθου λευκοῦ, καὶ μέσον τῶν εἰρημένων ἀναβαθμῶν τροπικὴ ἐκ μαρμάρων, ὑπὸ δύο λεπτοκαλάμων κίωνων ἰστηρυμένη. αὐτοῦ
20 που παρὰ τὴν πλευρὰν τοῦ πρὸς τὸ εὖρος Σίγμα καὶ δύο χαλκᾶ λιοντοχάσματα ἐπεπήγεισαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕδωρ ἐκφέροντα τὸ κοῖλον ἅπαν τοῦ Σίγμα ἐπλήρουσιν τοῦ νάματος, τέρψιν οὐ μι-

4 συνεπηχοῦν?

hendit: quae autem pars ad aquilonem vergit, duplici columna veropiperina discretum Mysterium habet, sic rite pro rei ratione nuncupatum, eo quod haud secus ac specus resonans repetitum sonum omnem (is Echo dicitur) ad audientes transmittit: sic, sive quis ad orientalis sive ad occidentalis conchae parietem accedens silentio ac secum ipse loquatur, exque diametro ac ex adverso recta alius stans parieti aurem admoveat, vocem silentio dictam, ac si in aurem quis locutus esset, distincte audit. tale nimirum est quod ibi miraculum exhiberi contingit.

43. Huic aedi adiunctum unaque constructum eius, quod dicebamus, Sigma peristylum. post haec subdivale quoddam atrium effunditur, mediam habens phialam aeream, cuius labrum argento coronatum. haec auream habens cochleam sic appellata est, mystica Triconchi phiala, ex vicino scilicet utroque aedificio, mysterio ac Triconcho, nacta ut sic vocaretur. eodem prope loco iuncti exstant gradus ex Proeconnesio candido lapide; mediaque eorum, quos diximus, graduum marmorea apsis, duplici ordine graciliorum columnarum fulta. sunt et ibi, ad latus orientale Sigma, aerei leones duo hiantibus faucibus erecti. hi aquam evomentes, mediamque omnem aream Sigma latice compluentes, non exiguam

κράν παρέχοντα· ἡ δὲ δὴ φιάλη κατὰ τὸν καιρὸν τῶν δυξίμων,
 P 88 πιστακίων καὶ ἀμυγδάλων, ἀλλὰ μὴν καὶ κουναρίων πεπληρωμένη,
 κονδίτου ἐκ στροβιλλίου ἐκδιδομένου, πᾶσιν ἐκίονα καὶ παρεῖχε
 τρυφᾶν τοῖς ὅσοι δι' ἐφέσεως εἶχον τῶν ἐστηκότων ἐκεῖ, πᾶσι μὲν
 ἀναντιρρήτως τοῖς ἐκ θυμέλης, πλεον δὲ τοῖς ἐξ ὀργάνων ψάλλουσι 5
 καὶ τὸ σύντονον. κατὰ μὲν δὴ τὰς ἀναβάθρας ὁ δῆμος ἅπας
 ἰσταμένος καὶ τὸ πολίτευμα μετὰ τῶν περυσικῶν ταγμάτων τὴν
 τάξιν ἐπλήρουν τὴν βασιλικήν, μέσον αὐτῶν δηλαδὴ κατὰ τὴν
 εἰρημένην μαρμαρίων τροπικήν, εἰ μὲν τύχαιεν, ἔχοντες καὶ τὸν
 δομέστικον τῶν σχολῶν μετὰ τοῦ ἐσκουβίτου καὶ τῶν δύο δημάρ- 10
 B χων, τοῦ τε πρασίνου τοῦ τε βενέτου, πλησίον μὲν τοῦ δομεστικού
 ἰσταμένου τοῦ τῶν βενέτων δημάρχου, πλησίον δὲ τοῦ ἐσκουβίτου
 τοῦ τῶν πρασίνων, εἰ δὲ μὴ τύχοι ἐνίοτε δομέστικος καὶ ὁ ἐσκού-
 βιτος, ἀλλὰ τέως τούς γε δημάρχους ἔχοντες. τούτων ἔφορος ἦν
 ἀπάντων ὁ βασιλεύς, καὶ θυμηδίας ἀπάσης πληρούμενος, ἐν χρυ- 15
 σῷ διαλίθῳ θρόνῳ καθήμενος, καὶ μὴ πρότερον ἐξανιστάμενος,
 ὡς καὶ τακτικὰ βιβλία καὶ βασιλικὰ διαγορεύουσιν, ἢ τῶν σκαρ-
 τημάτων ἐκείνων ἐπαπολαῦσαι διὰ τῆς θέας καὶ τῶν πολιτικῶν
 ἐξαλμάτων. οὕτω μὲν ταῦτα καὶ διὰ τοῦτο τῷ Θεοφίλῳ κατε-
 σκευάσθησαν, τοσοῦτος δὲ ἔριος ἦν τούτων αὐτῷ ὡς καὶ τὰς συνή- 20
 C θεις τῶν πραγμάτων ἀντιλήψεις καὶ καθ' ἡμέραν προελεύσεις ἐν
 αὐτῷ δὴ Τρικόνχῳ ἐκτελεῖν. οὗ καὶ κατὰ πρόσωπον τῆς ἐξ ἀρ-

7 ὑπηρετικῶν margo.

11 μὲν] δὲ P

21 καθ'] μεθ' P

praebent voluptatem. phiala autem, quo tempore nuces et amygdala
 frugesque aliae ac poma esui apta sunt, condito plena, se ex cochlea
 effundente, quisquis astantium vellet, miscebat praebebatque delicias,
 cunctis quidem haud dubie thymelicis, iis tamen amplius qui ex organis
 contentiusque psallebant. in gradibus consistens omnis populus et ma-
 gistratus una cum officialibus imperatoris comitatum implebant, medium
 habentes, in ea scilicet quam dicebam marmorea apside, si quando ad-
 esse contingeret, etiam scholarum domesticum cum excubito et duobus
 factionum, Prasinæ scilicet atque Venetae, tribunis, ita ut Venetae
 quidem factionis tribunus staret iuxta domesticum scholarum, Prasi-
 nae vero tribunus iuxta excubitum; sin autem quandoque domesticum
 excubitumque deesse contingeret, eos saltem habentes quos diximus tri-
 bunos. horum omnium inspector erat imperator, omni iucunditate re-
 pletus, in aureo gemmisque distincto sedens solio, nec prius surgebat,
 ut libris bellica ipsaque imperatorum domestica continentibus statutum
 est, quam gesticulationibus eiusmodi civiumque tripudio delectatus esset.
 ita haec, inque eum usum a Theophilo extracta. tanto autem horum
 amore tenebatur, ut consuetas causarum lites in Triconcho ipso dirime-
 ret et quotidie ad ipsum procederet: cui etiam a fronte portae argen-

γύρου κατεσκευασμένης τῶν πυλῶν ἀνεστηκυῖά ἐστιν ὄροφῃ τέσσαρσι κίοσι μετεωριζομένη ἐκ Θεσσαλικοῦ, τοῦ καὶ πρασίνου, λίθου. ἀντικρὺ δὲ ταύτης καὶ κατὰ μέτωπον, πλησίον δὲ τῶν εἰρημένων ἀναβαθμῶν, κατὰ τὸ πρὸς δυσμὰς μέρος τοῦ Σίγμα

5 τρικλίνοι πεφυκότες τῷ Θεοφίλῳ ἐξωκοδόμηνται· Πυξίτης ὄνομα τῷ ἐνί τε καὶ κατωτέρῳ, ἄτερος δὲ ἀνώνυμος μὲν ἀνώτερος δέ, καὶ αὐτοῦ τὸν βασιλείον κληρὸν ἐν ἑαυτῷ διαπιᾶσθαι λαχών. τούτου δὲ Πυξίτου κατὰ τὴν πλευρὰν στίχοι λελατόμηνται, ἀσηκρήτις ὄντες γεννήματα Στεφάνου μὲν ἔχοντος τοῦνομα, οὕτω δὲ

10 τοῦ Καπετωλίτου προσαγορευομένου. οἱ δὲ κατὰ τὸν τοῦ Σίγμα περιδρομον ἐγκολαφθέντες τοῦ οἰκουμενικοῦ διδασκάλου (Ἰγνάτιος οὗτος ἐκαλεῖτο) τυγχάνουσιν. κατὰ τὸ εὐώνυμον δὲ μέρος, ὡς πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Σίγμα, ἕτερός τις τρικλινος ἐξήρτηται, ὃς Ἔρος μὲν ἐπικέκληται, ὄπλοθήκη δὲ αὐτῷ ἐχρημάτιζεν. ἐντεῦ-

15 θεν οὐκ ἄλλο τι ἢ ἱστορημένας ἀσπίδας καὶ ὄπλα παντοῖα ἴδοι τις ἐν αὐτῷ, καὶ ταύταις τοὺς τοίχους διαμορφουμένας, ὡς τὸ εἰκός. καὶ τὰ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Τρικόνυχου ἄχρι δὲ τῶν δυσμῶν οὕτως ἐνεστὶν ἰδεῖν τοὺς ἀνεγχευμένους οἴκους ἐκεῖ· κατὰ δὲ τὸ πρὸς ἀνατολὰς μέρος ἴδοις μὲν καὶ τὸν Μαργαρίτην προσαγορευόμενον. P 89

20 τρικλινος οὗτος ἐκ βάρων τῷ Θεοφίλῳ ἀνεστηκώς, ὃς ὀκτώ μὲν κίοσιν ῥοδοποικίλοις τὸν ὄροφον στηρίζεται, τοὺς τοίχους δὲ ζώοις πεποικιλμένους παντοδαπῶς καὶ τὸ ἔδαφος ἔχει ἐκ Προικονησίου λίθου καὶ συγκοπῆς ἅπαν κατεστρωμένον. ἴδοις δὲ καὶ τοῦ ἐν

20 ἐνεστηκώς· ὁ P

22 καὶ om P

teae sublime quattuor columnis Thessalici marmoris, quod est viride, tectum imminet. e regione autem illius et a tergo, haud procul ab iis quos diximus gradibus, ad Sigma occidentalem partem, quae exstant triclinia, Theophilo auctore sunt exstructa. Pyxites nomen uni ac inferiori: alterum, quod est superius, caret nomine, in quo etiam palatini clerici vestiri solent. ad Pyxitis latus insculpti sunt versus, Stephani a secretis Capetoliti vena producti: qui autem in Sigma porticu exstant exarati, Ignatii sic nuncupati universalis magistri, ingeuii monumenta sunt. ad laevum latus, velut ad Sigma orientalem partem, aliud quoddam triclinium imminet, cognomento Eros; quod illi armorum penus erat. hinc non aliud quis in eo videat quam clipeos omnisque generis arma in parietibus depicta, inque illis, ut par est, coloribus manuque ac penicillo expressa. inque eum modum a Triconcho ad occiduas usque partes excitatas ibi aedes liceat conspiceret: ad orientem autem etiam videas quam vocant Margaritam. est autem illa triclinium a fundamentis a Theophilo excitatum, cuius tectum columnae octo Rhodio marmore variae fulciunt: muri omnis generis pictis animalibus variegati, pavementum omne Proconnesio stratum lapide et tessellatum. videre etiam licet or-

αὐτῷ κοιτῶνος ἐκ τεσσάρων μὲν κίωνων Βαθυίνων τὸν χρυσῷ κα-
τάστικτον κύκλον τῆς ὀροφῆς ἀνεχόμενον, ἐκ τεσσάρων δὲ Θεττα-
λικῶν τὰς στοὰς ἀνεγνηγερμένας καὶ βασταζομένας, τοῦ τε ἀνατο-
λικοῦ μέρους καὶ τοῦ μεσημβρινοῦ, τοὺς τοίχους δὲ καὶ τὸ ἔδαφος
ὁμοίως τοῖς Μαργαρίτου κατεστρωμένα λαμπρῶς. οὗτος μὲν ὁ 5
B κοιτῶν εἶχεν ἐν ἑαυτῷ διακώμενον τὸν Θεόφιλον ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς
μεσημερίας μέχρι τῆς μετοπωρινῆς καὶ αὐθις· ἄρτι δὲ τῆς χει-
μερινῆς γειτνιαζούσης τροπῆς κατὰ τὸν ἄλλον μετωκίζετο κοιτῶνα
τὸν κατὰ τὸν Καριανὸν τρίκλινον, καὶ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνου ὠκοδο-
μημένον διὰ τὰς τῶν νότιων ἰσχυροτέρας καὶ βιαιοτέρας πνοάς· ὁ 10
καὶ νῦν τοῦ παππίου ἔστιν ἰδεῖν καταγώγιον. οὐχ ἤττον δὲ κατό-
ψει καὶ τὸ ἐκεῖσε δὴ ἥλιακὸν ὑπ' ἐκείνου καταβεβλημένον κατὰ
πρόσωπον τοῦ βορρᾶ, ἐξ οὗ δὴ ὠράτο καὶ τὸ παλαιὸν τζουκανι-
στήριον, ἐκεῖσε τηνικαῦτα τυγχάνον, ἔνθα καὶ ἡ νέα ἔκτισται ἐκ-
κλησία καὶ αἱ δύο φιάλαι εἰσὶν καὶ τὸ μεσοκῆπιον ὑπὸ Βασιλείου 15
C τοῦ αἰοιδίμου γεγόμενα βασιλέως. καὶ πρὸς μὲν τὸ ἀνατολικὸν
μέρος αὐταὶ αὐτοῦ αἱ οἰκοδομαί· πρὸς δὲ τὸν νότον πρῶτον μὲν
αὐτὰ τὰ ἥλιακὰ προτείνας, ὡς ἡμῖν πρότερον εἴρηται, καὶ τοὺς
νῦν ὄντας κήπους ποιήσας κουβούκλεια προσεδείματο, τὸν τε Κα-
μιλᾶν οὕτω λεγόμενον καὶ τὸ πλησίον ἐκείνου κουβούκλειον δεύτε- 20
ρον καὶ τὸ τούτου πάλιν κατὰ τάξιν πλησίον τρίτον, ὃ καὶ νῦν τῆς
Αὐγούστης ἔστι βεστιάριον. ἀλλ' ὁ μὲν Καμιλᾶς ἔξ κίονων ἐκ
Θετταλικῷ λίθου, τοῦ καὶ πρασίνου, τὴν χρυσοκατάστικτον ὀρο-

7 ἰσημερίας? μεσοπωρινῆς P

bem camerae cubiculi quod illic est, auro distinctum et quattuor columnis Bathuinis suffultum; quattuor item Thessalicis sustentatas porticus, tum orientalis lateris tum meridialis. eius parietes et pavementum magnifice strata perinde ac Margaritae. versabatur in eo cubiculo Theophilus ab aequinoctio verno ad aequinoctium autumnale ac deinceps. iam autem appetente hiemali solstitio ad aliud cubiculum in Cariani triclinio com- meabat, quod ipse construxerat; in quo ab australium ventorum vehe- mentioribus flatibus se protegeret. cubiculum hoc nunc papiae domici- lium est. nec minus videbis, quod illic exstat, sic dictum Solare ab eo ad aquilonem fundatum; ex quo conspiciebatur, quod tunc illic erat, vetus Sphaeristerium, ubi et nova exstructa ecclesia; suntque duae phia- lae et hortus interior, ab inclitae memoriae Basilio imperatore effecta. et quidem ad plagam orientalem haec sunt eius aedificia: ad austrum vero, productis primum Solaribus, uti superius diximus, hortisque, qui nunc sunt, constitutis, praeterea etiam cubacula exstruxit, quod Camilam vocant, alterumque illi vicinum; quodque iterum prope illud ordine ter- tium est: ac modo Augustae vestium penus (hoc est vestiarium) est. ceterum Camilas, sic dictum cubiculum, tectum quidem habet auro distinctum, quod columnae sex Thessalici lapidis (hoc est viridis) sublime

φὴν μετεωριζόμενος, τῶν δὲ τοίχων τὰ κάτω μὲν ἔχων ἕξ ὁμοίων
 κατεστρωμένα πλακῶν, τὰ δ' ἄνω ἐκ χρυσοαυγῶν ψηφίδων ἀγάλ- D
 ματὶ τινὰ τρυγῶντα καρπούς, ἔτι δὲ καὶ τοῦδαφος ἐκ λίθων
 Προικονησίων, συνωκοδομημένον ἔχει καὶ εὐκτήριον, δύο περιέ-
 5 χον βήματα, ἓν μὲν εἰς ὄνομα τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης Θεοτόκου,
 θάτερον δὲ εἰς ὄνομα τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαήλ. ὑποβεβηκὸς δὲ
 τούτου μεσόπατόν ἐστιν, ὃ τὴν μὲν σκοπιὰν διὰ μαρμαρίνου κλου-
 βίου πρὸς τὸν Χρυσοτρίκλινον ἔχον εἰς βιβλιοθήκην ἀφώρισταί
 παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου πορφυρογεννήτου βασιλέως·
 10 οὔπερ τὸ ἀριστητήριον αὐθὶς ἐστιν ἐκ λίθων μὲν Βαθυίνων τοὺς
 τοίχους ἔχον λελαμπρυσμένους, ἐκ συγκοπῶν δὲ καὶ διαφόρων
 χροῶν τὸ ἔδαφος πᾶν. τὸ δὲ μετὰ τὸν Καμιλᾶν κουβούκλειον P 90
 δεύτερον, τὴν ὄροφὴν ὁμοίαν τῷ προτέρῳ ἔχον καὶ ὑπὸ τεσσάρων
 κίωνων ἐστηριγμένον δοκιμίων, τὸ ἔδαφος ἐκ Προικονησίου λίθου
 15 κατέστρωται, τῶν τοίχων, ὡς τὸ πρότερον, τὸν μὲν ἀέρα ἐκ χρυ-
 σοειδῶν ψηφίδων ὅλως κατηγλαῖσμένον φέρον, δένδρα δὲ τινὰ καὶ
 ποικίλματα ἐκ πρασίνων ἔχοντα τὸ λείπον ψηφίδων ἀναπληρού-
 μενον. τὸ τούτῳ δὲ ὑποβεβηκός, ὃ καὶ Μεσόπατος λέγεται, εἰς
 οἴκησιν τῶν τὴν γυναικωνῆτιν πεπιστευμένων καρτζιμάδων ἐστίν.
 20 τὸ δὲ τρίτον μετὰ τοῦ κουβουκλείου, τὸ καὶ νῦν τῆς Ἀυγούστης B
 βεστιάριον χρηματίζον, ὁμοίαν ἔχει τούτοις τὴν ὄροφὴν καὶ τοῦ-
 दाφος ἐκ λευκοῦ λίθου Προικονησίου κατεστρωμένον, τοὺς τοί-

15 ὡς τὸ add Combesisus.

fulciant. parietum inferiores quidem partes similibus marmoreis crustis
 constratae sunt; superiores vero exhibent statuas quasdam ex tessellis
 compositas, quae poma decerpunt. praeterea vero etiam pavementum
 ex Proconnesio lapide stratum. una quoque exstructum oratorium, duo
 continens altaria, alterum sanctissimae dei genitricis nomine, alterum
 Michaelis principis caelestis militiae. subiectus ei xystus, per clatrum
 marmoreum in triclinium Aureum adspectans, bibliothecae usui addictus
 a Christi amante Constantino Porphyrogenneto; cuius rursus cenaculum
 parietes quidem ex Bathuino lapide splendoros habet, pavementum vero
 omne ex tessellis marmoreis varii coloris compositum est. quod Cami-
 lam sequitur alterum cubiculum, tectum priori simile habet, Dociminis
 quattuor columnis subnixum, pavementum Proconnesio stratum lapide.
 parietum aërem (inferiores scilicet partes) quemadmodum primum cubi-
 culum aureis tessellis ubique exornatum habet: reliquum vero, ubi defi-
 ciunt tessellulae, arbores quaedam versicoloresque figurae implent ex
 Prasino marmore. huic subiectum cubiculum, quod et medius xystus seu
 ambulacrum dicitur, exsectorum gynaecio praefectorum domicilio addi-
 ctum est. tertium denique, una cum cubiculo, quod nunc Augustae ve-
 stium penus est (id est vestiariūm), simile his tectum habet. pavimen-
 tum candido lapide Proconnesio stratum; parietes omnes, non tunc qui-

χους δὲ ἅπαντας ὑπὸ εἰκόνων ὕστερον ἀλλ' οὐ τότε καταγλαισθέν-
 τας ὑπὸ τοῦ υἱοῦ Μιχαήλ. τὸ τούτῳ δὲ ἠνωμένον καὶ συμπεφυ-
 κὸς κατώγειον ἑπτὰ μὲν κίοσι Καριανοῖς τὴν ὄροφὴν στηρίζεται,
 πέντε μὲν πρὸς μεσημβρίαν δύο δὲ πρὸς ἀνατολήν, τοίχοις δὲ δύο
 ὠχύρωται, ἐκ πλακῶν Ῥωμαίων καὶ Πηγανουσίων καὶ Καριανῶν, 5
 C πρὸς δὲ καὶ πρασίνων καλλωπιζομένοις ποταμίων Θεσσαλικῶν
 Μουσικὸς οὗτος κατονομάζεται διὰ τὴν τῶν μαρμάρων ἀκριβῆ
 συγκοπήν, ὅθεν καὶ τὴν τοῦ ἐδάφους λείωσιν ἐκ διαφόρων μὲν
 σχημάτων ἐκ διαφόρων δὲ καὶ ὠραίων λίθων ἐξηρτυμένην ἔχει.
 εἰποῖς ἂν αὐτὸ ἰδὼν λειμῶνα εἶναι διαφόροις ἄνθεσι βρούοντα. 10
 τούτῳ πρὸς μὲν δύσιν κατὰ πλευρὰν κουβούκλειον ἠνωται τὴν τῶν
 μαρμάρων ὠραιότητα κατὰ πάντα φέρον ἐφόμοιον, ἔτι δὲ καὶ κίοσι
 πέντε Καριανοῖς, τρισὶ μὲν πρὸς μεσημβρίαν δύο δὲ πρὸς δυσμᾶς,
 D τὴν ὄροφὴν βαστάζουσιν. ἕτερον δὲ πρὸς πόδας τούτου ἐστίν,
 εἰς δύο μὲν δόμους διηρημένον, τῷ Ἀύγουστιακῷ δὲ πλησιάζον 15
 κοιτῶνι· ἐνθα καὶ Λέων ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς εὐκτήριον τῆς
 ἁγίας Ἄννης ἐδείματο καὶ αὐτὸ ἐκ τεσσάρων μὲν κίωνων Βαθυίνων
 τὴν ὄροφὴν ἀνεγειρόμενον, τὸ ἔδαφος δὲ ἐκ λίθου λευκοῦ Προ-
 κοννησίου, πρὸς τοὺς τοίχους ἐκ Βαθυίνων πλακῶν διαμορφούμε-
 νον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῷ τῆς Ἀυγούστης πλησιάζει κοιτῶνι, ὡς 20
 ἔφαμεν· ἐκεῖνο δὲ τὸ πρὸς δύσιν τοῦ Μουσικοῦ τὴν μὲν κάθοδον
 ἐν τῷ προρρηθέντι ἔχει κοιτῶνι διὰ κλίμακος, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν
 P 91 εἴσοδον· εἰσάγει δὲ καὶ πρὸς τὸ καινούργιον, κοιτῶνα καὶ τρίκλι-

23 κινούργιον P: cf. p. 204 B.

dem sed postea, Michaele Theophili filio imperatore, pictis imaginibus
 egregie ornati. eius quod huic coniunctum cohaerensque diversorium
 est, tectum columnis septem Carianis fulcitur; quinque ex meridiali pla-
 ga, duabus ex ea quae ad orientem spectat, muro duplici munitur, quibus
 porphyretici Peganusiique et Cariani, necnon et Prasini, undulati deni-
 que Thessalici marmoris crustae ornamentum praebent. appellatur di-
 versorium istud ac aula Musicus ob marmorum vario colore composito-
 rum insignem elegantiam, unde et pavimenti faciem ex diversis figuris
 diversisque ac pulcherrimis lapidibus egregie concinnatam habet. dicas
 videndo pratum esse diversis floribus scatens. huic ad occidentale latus
 aliud cubiculum adhaeret, eadem marmorum elegantia instructum. ad
 haec tectum illius columnis quinque Carianis, tribus ad meridiem, dua-
 bus ad occasum, sustentatur. aliud vero est ad eius pedes, in duas ae-
 des divisum, haud longe ab Augustae sacro cubiculo; ubi etiam Christi
 amans Leo imperator sanctae Annae extruxit oratorium; cuius ipsius
 tectum columnis quattuor Bathuinis fulcitur, pavimentum ex Proconnesio
 candido lapide, ad parietes Bathuini marmoris crustis distinctum. verum
 istud Augustae sacro cubiculo vicinum est, uti diximus: quod autem ad
 Musici occiduum latus est, ita consertum est ut ex illo per scalam in
 sacrum idem cubiculum descensus atque aditus pateat. inducit vero et

νον ὃν Βασίλειος ὁ ἀοιδίμος ἔκτισε βασιλεύς, καὶ πρὸς τὸν πρό-
 τικα τοῦ πέμπτου κουβουκλείου, ἐν ᾧ τὸ τοῦ ἁγίου Παύλου εὐ-
 κτήριον ὑπὸ Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου ἴδρονται βασιλέως.

44. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀνακτόροις κατὰ τε βορρᾶν καὶ
 5 νότον ὑπὸ Θεοφίλου μὲν ἀνωκοδόμηνται, ὑφ' ἡμῶν δὲ ἱστορία πα-
 ραδίδονται, ὅτι μὴ βουλόμεθα τὰ ἐκείνου ἔργα, ὅποιά ποτ' ἂν ᾖ,
 λήθῃ παραδίδοσθαι, εἰς διώγνωσιν τῆς ἐκείνου περὶ τὸν βίον προ-
 αιρέσεως. ἀλλὰ καὶ τοὺς τρικλίνοους, τὸν τε οὕτω καλούμενον Λαυ- B
 tum suos omnes, ne uno quidem cladi superstite, perdit. eius filium
 cum cohorte quadam fugam arripuisse ubi rumor percrebuit, Charsiani
 clusurarum praefectus pone assecutus cum exercitu manu capit ac Pe-
 tronae imperatori tradit. sic ergo Petronas erectis de Amere tropaeis,
 magna deinceps veneratione ac cultu monachum prosequabatur, alium
 eum divinum vatem vocans. atque adeo conscientia sua illi deposita,
 eum adducens, urbem Augustam petit, amplissimo apud imperatorem ac
 Bardam viri virtutem praeconio iure merito efferens. ceterum Petronas
 non iam ultra domestici personam simulacro gessit, sed regio munere
 ipse ea dignitate augetur. monachus cum se ad deum emigraturum di-
 vinitus cognovisset, Petronam rei admonet. ad quem ille lugens “ubi-
 nam vero” inquit “tu pastor meus ac amator oviculam tuam humanis
 excedens vis relinquere? num in hoc saeculo? at vereor ne in priora
 prorsus delicta diffuam, mibique posteriora nihil meliora prioribus

τονα.” “καὶ βούλει” φησὶν ὁ μοναχός “ἐμοὶ συνεπακολουθή-
 C σαι;” καὶ οὗτος “ναί, πάτερ” ἔφη, “μεθ’ ἡδονῆς.” καὶ δὴ
 νόσω καὶ οὗτος βληθεὶς ἅμα τῇ οἴκαδε ὑποστροφῇ ἐδήλου τὰ συμ-
 πίπτοντα τῷ ἄββᾶ, καὶ ἀντεδηλοῦτο φάναι ὡς μετ’ ἐμοῦ γενήσῃ
 μετὰ μικρόν, ὡς ἤτήσω. καὶ δὴ τινων ἡμερῶν παρελθουσῶν ὁ 5
 μοναχός τε μετεκαλεῖτο πρὸς τὸν θεὸν καὶ οὗτος αὐθωρὸν ὡς ἐκ
 συνθήματος ἐπηκολούθει λαμπρῶς· καὶ τοσοῦτον ἦν κατὰ τὸν
 αὐτὸν καιρὸν ἀμφοτέρων ἢ ἐκεῖθεν ἀποδημία ὡς ἄτερος ἑτέρου,
 καίτοι γε μικροῦ τοῦ διαστήματος ὄντος, μὴ ἀκοῦσαι τὸν θάνα-
 τον. τοιοῦτῳ μὲν δὴ τέλει τοῦ βίου ὁ Πετρωνᾶς χρησάμενος λέ- 10
 D γεται, ἐτελεύτα δὲ καὶ πρὸ τούτου ὁ Μανουὴλ νόσω δὴ τινι κρα-
 τηθεὶς.

26. Μετέβαινε δὲ καὶ ὁ Βάρδας καὶ τὰς ἐκ βασιλέως
 ἤμειβε συνεχῶς τιμάς, ὡσπερ τις νέος γαυρὸς τε καὶ φιλότιμος
 τὰς ποικίλας τῶν πρὸς τέρψιν στολάς. μετέβαινε γοῦν καὶ πρὸς 15
 τὴν Καίσαρος ἀνήει δόξαν τε καὶ τιμὴν, τοῦ Μιχαήλ οὐ πρὸς ἕτε-
 ρόν τι τῶν πολιτικῶν τοσοῦτον ἐπτοημένου ἢ θέατρα καὶ ἵππων
 ἀμιλλητήρια. καὶ τὸ δὴ χαλεπὸν, οὐκ ἠγάπα μόνον θεατῆς εἶναι,
 εἶγε καὶ τυσοῦτον ἐσχόλαζεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἠνιοχεῖν ὁ τῆς τῶν
 Ῥωμαίων βασιλείας, θέαμα τυγχάνων καὶ παλγνιον πᾶσι δὴ καὶ 20
 P 115 κατάγελως. οὕτως ὁ Βάρδας τοῦ ἀδελφιδοῦ ἐπετρόπευεν, καὶ
 οὐδὲ ζῆν, ὡς ἔοικεν, ἠθέλησεν, εἰ μὴ τοῦτον μεταπείσει τὸ ἀν-
 δράποδον. πλὴν διώκει τέως αὐτὸς τὰ πολιτικά, καὶ τῆς βασι-

fiant.” “num vero,” inquit monachus, “tibi animo sedet, ut me sequaris?” “ita, pater,” inquit, “lubentissime sequar.” morbo itaque et ipse correptus, statim ac domum rediisset, ea narrat quae abbati evenerant; vicissimque refert dixisse monachum “ipsum quoque,” uti petierat, “brevis morientem eum secuturum.” ac sane paucis elapsis diebus, cum monachus ad deum evocatur, tum statim Petronas velut ex condicto magnifice sequitur, ita nimirum ut quamvis brevi sic intervallo dissiti erant, ambobus simul emigrantibus, alter alterius mortis nuntium audire nequiverit. moritur vero et illo prior Manuel, morbo quodam detentus.

26. Sed et Bardas nullo fixo munere alias ex aliis continue dignitates profusa principis largitate mutabat, haud secus ac iuvenis quidam ac ambitiosus vario ad luxuriam cultu mutat vestes. mutata itaque functione ad Caesaris dignitatem gloriamque ascendit, cum Michael nulla alia rei publicae cura teneretur quam ut theatri ludisque Circensibus vacaret. quodque adeo gravius, non solum illis lubens spectaculis intererat tantamque operam navabat, sed et ipse Romani arcem imperii tenens equos agebat, cunctisque se ridiculum ac spernendum praebebat. ita Bardas Nepotis curatorem agebat; cui nec vita, ut par est, in votis esse debuisset, nisi a servili vitae hoc instituto illum avocaret. interim tamen negotia publica administrabat, ac sibi ipse imperium animo desti-

λείας κατεστοχάζετο ὡς αὐτὴν εὐκαίρως περιληψόμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὸ μέλλον ἐταμιεύετο· τότε δὲ τῆς ἔξω σοφίας ἐπιμεληθεὶς (καὶ γὰρ ἦν τῷ τοσοῦτῳ χρόνῳ παραρρυνεῖσα καὶ πρὸς τὸ μηδὲν ὄλως κεχωρηκυῖα τῇ τῶν κρατησάντων ἀγροικία καὶ ἁμαθία) καὶ διατριβὰς τῶν μαθηματικῶν κατὰ Μαγναύραν ποιήσας αὐθις ἀκμάζειν καὶ ἀνηβᾶν ταύτην ἐσπούδαζέ τε καὶ πε- B φιλοτίμητο. καὶ τοῦτο τῶν ἔργων αὐτοῦ κάλλιστόν τε καὶ περιβόητον ὃν οὐκ ἴσχυσέ πως τὰς ἐνούσας ἄλλως κῆρας αὐτῷ ἀπονίψασθαι. ἦρχε δὲ καὶ τῆς τοιαύτης σχολῆς τὴν μὲν φιλοσοφίαν
 10 ἐξηγοῦμενος Λέων ἐκεῖνος ὁ μέγας τε καὶ φιλόσοφος, ὃς κατὰ συγγένειαν μὲν τοῦ ἑξαδέλφου τῷ πατριάρχῃ Ἰαννῇ ὠκείωτο, τὸν θρόνον δὲ τῆς Θεσσαλονίκης κατέχων, ἐπειδὴ νῦν ἐκ καθαιρέσεως ἐσχόλαζεν, εἰς ταύτην προεβιβάζετο τὴν σχολήν, τὴν ἁμαθίαν πόρρω ποι ἀπελαύνων καὶ ἀποτρεπόμενος.

15 27. Ἄξιον δὲ μὴδ' ὅπως εἰς γνῶσιν ἦλθεν ὁ τηλικούτος C ἀνὴρ τῷ τότε κρατοῦντι παραδραμεῖν. Θεόφιλος δὲ ἦν, ὁ τοῦ Μιχαὴλ σπορεὺς καὶ πατήρ. οὗτος οὖν ἐπεὶ τὴν τῶν μαθημάτων εἰς ἄκρον ἐπιστήμην ἐξήσκησεν, τοσοῦτον χωρήσας διὰ πασῶν, τῆς φιλοσοφίας καὶ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν, ἀριθμητικῆς τέ
 20 φημι καὶ γεωμετρίας καὶ ἀστρονομίας, ἀλλὰ καὶ τῆς πολυθρολήτου μουσικῆς, καὶ εἰς ἄκρον αὐτῶν ἐλάσας ὡς οὐδεμιᾶς ἕτερος σπουδῇ τε πολλῇ καὶ βίῳ ἀπρώγμονι καὶ μεγέθει φύσεως, εὐτελεῖ D τινὶ καταλύματι χρώμενος καὶ καταγωγίῳ τοὺς εἰς αὐτὸν φοιτῶν-

nabat, cuius quandoque sibi ipse compos fore videretur. ceterum haec quidem in futurum illi reposita: interim vero saecularis ac profanae sapientiae cura suscepta, cum iam plura lustra humaniores literae imperatorum barbarie ac incitiam obsolevisent ac prope extinctae essent, mathematicarum disciplinarum scholis ad Magnauram constitutis, magnifice rursus florere ac velut repubescere eam fecit. nec tamen hoc Bardae facinus, quanquam summam praeferret honestatem gloriaque celeberrimum esset, eius noxas reliquas eluere valuit. praeerat huic scholae ac doctor philosophiae erat magnus ille ac philosophus Leo, sanguinis quidem prosapia Iannis patriarchae patruelis, gradu vero Thessalonicensis quondam episcopus. tunc autem cessare iussus atque amotus, quod iconomachorum haeresis cultor erat, huic negotio praepositus opera sua ac industria incitiam procul abigebat atque fugabat.

27. Operae pretium autem videatur, ut et noverimus qua ratione vir tantus in eius qui tam rerum potiebatur notitiam venerit. erat is Theophilus Michaelis pater. hic ergo cum disciplinarum omnem scientiam perfecte excoluisset, sicque omnium disciplinarum, philosophiae eiusque germanarum (arithmeticae scilicet et geometriae, nec non astronomiae, quin et celebratissimae musicae) perfectionem nactus esset, tantumque in illis omnibus unus ipse profecisset quantum ne in una quidem quispiam alius, diligenti in eam opera, solitudinis tranquillo,

τας ἐπαίδευεν, ἐκδιδάσκων ἦντινα ἐπιστήμην καὶ βούλοιντο. ὡς
 δ' ἤδη χρόνος παρίπασεν καὶ τῶν μαθητῶν οὐκ ὀλίγοι κατὰ τὰς
 ἐπιστήμας προέκοπτον, συνέβη τινὰ νεανίαν τῶν ἑαυτοῦ φοιτητῶν,
 τῆς γεωμετρικῆς ἐπιστήμης ἄρτι τὸ πέρας κατειληφότα, ὑπογρα-
 φέα γενέσθαι τινὸς στρατηγίδα τάξιν διέποντος, καὶ προκοπῆς 5
 ἕνεκεν τοῦ βίου ἀγαπήσει τούτῳ ἀκολουθεῖν. ὡς δὲ κατὰ τὸν
 πόλεμον ἅμα τούτῳ ἐγένετο, ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως,
 ζωγρεῖται καὶ τῶν ἐπιφανῶν τινὲ εἰς δουλείαν διὰ τὸ νέον τῆς
 P 116 ἡλικίας δίδοται. Μαμοῦν ἐκεῖνος οὕτω καλούμενος τηνικαῦτα
 μὲν τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐτέλει ἀμεραμνουνης, ἄλλοις τε μαθήμασι 10
 σχολάζων Ἑλληνικοῖς καὶ δὴ καὶ γεωμετρίας ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον
 οὐκ ἀμελῶν. λόγου δὲ ποτε παρὰ τοῦ τὸν νεανίαν ἔχοντος δε-
 σπότηου κινηθέντος περὶ τῆς σπουδῆς ἀμεραμνουνη καὶ τῆς τῶν
 μαθημάτων ἐπιμελείας, ὡς δὴ καὶ περὶ τῆς γεωμετρίας ἔλεγεν,
 ἀκοῦσαι τούτου εἶπεν ὁ νεανίας ἐπιθυμεῖν καὶ τῶν αὐτοῦ διδασκά- 15
 λων, ὡς καὶ αὐτοῦ τινὰ ἔχοντος ἐπιστήμην γεωμετρικὴν. ὡς
 οὖν ἀνέμαθεν ὁ ἀμεραμνουνης, μετὰ περιχαρείας εἰσκαλεῖται
 πολλῆς, καὶ τὸν ἀλγμύλωτον ἐπυνθάνετο εἰ γνῶσιν τῆς τοιαύτης
 B κέκτηται ἐπιστήμης. καὶ ἐπεὶ τὴν συγκατάθεσιν ἐποιήσατο, ἔτι
 μὲν ἀπιστίαν πρὸς τοὺς ἐκείνου λόγους ὁ βάρβαρος κεκτημένος 20
 οὐκ ἔλεγεν ἑτέρους εἶναι ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τῶν ἐκείνου διδασκάλων
 ἐκτός. ὡς δ' ὁ νεανίας ἔλεγεν τούτων διακοῦσαι ἐπιθυμεῖν καὶ

5 στρατηγίδος P
 οὐρανῶν P

13 σπουδῆς τοῦ ἀμ.?

21 ἀπὸ τῶν

ingenii dexteritate, in vili quodam tuguriolo discipulos erudiebat; et,
 quam quisque mallet scientiam docebat. cum autem longum iam tempus
 transisset multique eo doctore non paenitendos progressus fecissent,
 contigit ut eius discipulorum iuvenis quidam, summam per eum nactus
 geometriae peritiam, uni ducum a secretis, rei per eum familiaris com-
 pendium facturum, ad bellum proficiscenti se ultro comitem daret; dum-
 que illic versatur, nescio quo casu in Agarenorum potestatem veniret,
 ac quod viridi florentique inventa erat, illustrium uni servus dederetur.
 Mamum nomine tunc Ismaelitarum ameramnunes cum Graecanicis aliis
 disciplinis operam dabat, tum praecipue geometriae deditus erat. acci-
 dit autem ut eius, de quo diximus, iuvenis herus de ameramnunis in
 disciplinis diligentia sermonem domi haberet; cumque et geometriae me-
 minisset, "eum" ait iuvenis "eiusque lubens magistros, quippe ipse geo-
 metriae non omnino rudis, audirem." id vero ut audivit ameramnunes,
 ingenti gaudio ad se adolescentem accersit, quaeritque ex illo "num
 eiusmodi scientiae cognitione aliqua praeditus sit." ait ille; necdum
 tamen barbarus ut dictis fidem accommodet in animum inducit, neminem
 geometriae gnarum arbitratus praeter magistros suos, qui in aula age-
 rent. dicente illo "libenter se auditurum eorumque doctrinam explora-

τῆς αὐτῶν διδασκαλίας, εὐθὺς οὗτοι παραστάντες ἀπήρχοντο ταύτης, καὶ διεχάραττον τὰ τρίγωνά τε καὶ τετράγωνα σχήματα, καὶ τοὺς Εὐκλείδου κανόνας προσέφερον, καὶ τὸ μὲν ὅτι ἐδίδασκον ἀνδρικῶς καὶ ἐπιστημονικῶς, τοῦτο λέγοντες τοιαύτην ἔχοι τὴν 5 κλῆσιν καὶ τοιαύτην τὸ ἕτερον, αἰτίαν δὲ καὶ λόγον, καὶ διότι οὕτως τε ἔστιν καὶ κλῆσιν ἔχοι, κατάλληλον ἀπεδίδοσαν οὐδαμῶς, ἀμάθειαν καὶ ἄγνοιαν, ἀλλ' οὐ στενότητα γλώττης πως ἔχοντες. C ὡς οὖν τούτους γαυρουμένους ἑώρα καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ τῇ τῶν σχημάτων ὁ νεανίας καταγραφῇ, "τί" φησὶν "ὦ οὗτοι, ἐπὶ 10 παντὸς λόγου καὶ πράγματος τῆς αἰτίας τὸ κράτος ἐχούσης καὶ τοῦ διότι, ὑμεῖς τὴν ὑπαρξιν μόνον λέγοντες τοὺς τούτων παρατρέχετε λόγους ὡς οὐκ ἀναγκαίουζης καὶ εἰς ταῦτὸν τὸν διδασκόμενον ἄγετε ὅπου καὶ τὸν μηδὲν παιδευόμενον μηδέ τι περὶ τούτων διαγινώσκοντα;" τῶν δὲ διαπορησάντων καὶ τὰς αἰτίας τούτων 15 διευκρινεῖν καὶ διδάσκειν παρακελευομένων, ἐπεὶ διερμηνεύοντα καὶ σαφῶς λέγοντα ταύτας διήκουον, ὡς τοῦτο μὲν διὰ τόδε καὶ τοῦτο διὰ τόδε τὴν εἰρημένην ἔχει κλῆσιν τε καὶ γραφήν, D καὶ ἅμα αὐτῶν ὁ νοῦς διηνοίγεται καὶ τῶν λεγομένων συνίεσαν, θάμβει λοιπὸν συσχεθέντες ἡρώτων ὀπόσους τὸ Βυζάντιον τοιούτους 20 τρέφει ἄνδρας ἐπιστήμονας. ὡς δὲ πολλοὺς οὗτος ἔλεγεν καὶ ἑαυτὸν τῷ τῶν μαθητιῶντων χορῷ ἀλλ' οὐ τῶν διδασκόντων κατέλεγεν, περὶ τοῦ διδασκάλου τοῦτον αὖθις ἐπανηρώτων, οὐ ζῶσιν ἔτι ἠρίθμηται καὶ ὑπεράνω πέφυκε γῆς. ὁ δὲ "ἔστι τε",

4 ἔχει?

11 τοῦ] τὸ P

22 οὐ] εἰ?

turum," illi statim adstantes geometrica auspiciantur, figurasque triangulas et quadrangulas describunt, atque Euclidis canones afferunt; factumque, ac sic se rem habere, strenue ac erudite docent, sic nimirum istud vocari, hoc illius esse nomen: causam vero et rationem adscripti nominis, ac cur se res ita habeat, nullam illius momenti afferentes, meram suam inscitiam ac ignorantiam, sola linguae angustia pro eius verbositate non pressi, prodebant. tum iuvenis elato animo ventosos ob eam figurarum descriptionem videns, "cum in omni doctrina" inquit "ac negotio rei causa eiusque assignata ratio primas teneat, cur vos, res solummodo esse dicendo, quasi nullius frugis rationes omittitis, inque eandem classem eum qui doctus sit et eruditus, ac qui earum rerum ignarus, redigitis?" haesitantibus illis, et ut ipse causas distincte ederet atque doceret rogantibus, ubi exponentem ac perspicue dicentem audiere, "istud nimirum in causa esse cur hoc istud sortitum sit nomen, hocque illud, hancque adeo delineationem;" eoque loquente eorum animus aperiebatur, sermonemque intellexerunt; porro hominem admirari ac cum stupore percontari, "quotos Byzantium viros eius generis sicque eruditos aleret?" respondente illo "longe plurimos, ac se ex discipulorum, non ex magistrorum numero esse," rursus de doctore quaerunt,

ἔφησεν “ὑπὲρ γῆς,” καὶ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐξεθείασεν, ἀκτῆμονα βίον διάγειν λέγων αὐτὸν καὶ τοῖς πολλοῖς ἄγνωστον, ἐπὶ σοφίᾳ
P 117 διαλάμποντα. γράμματα γοῦν εὐθύς ὁ Μάμουν πρὸς ἐκεῖνον δια-
χαράττει, τόνδε τὸν νοῦν περιέχοντα, “ὡς ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δέν-
δρον ἐπέγνωμεν, ἐκ τοῦ μαθητοῦ τὸν διδάσκαλον. ἐπεὶ γοῦν τόσος 5
ὢν περὶ τὴν ἐπιστήμην τῶν ὄντων δι’ ἀρετὴν καὶ γνώσεως βάθος
ἄγνωστος εἶ τοῖς σοῖς συμπολίταις καὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως
οὐπω τοὺς καρποὺς ἀπέληφας, ὅτι μηδὲ τιμῆς ἠξίωσαι παρ’ αὐ-
τῶν, μὴ ἀπαξιώσης ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς καὶ τῆς σῆς διδασκαλίας
μεταδοῦναι ἡμῖν. εἰ γὰρ οὕτω τοῦτο γένηται, τοὺς ἀχένας σοι 10
κλινεῖ γένος ἅπαν τὸ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ πλούτου καὶ δωρεῶν
ἀξιωθήσῃ, ὧν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἠξίωται.” ἐπιδούς οὖν
B τὰ γράμματα τῷ νεανίᾳ, καὶ δώροις αὐτὸν φιλοφρονησάμενος,
τὸν διδάσκαλον καταλαμβάνειν ἐκέλευσεν, καὶ τιμὰς εὐθύς ὑπ-
ισχνεῖτο καὶ δωρεὰς καὶ αὐθις, εἰ βούλοιτο, τὴν εἰς οἶκον ἐπάνο- 15
δον, μόνον εἰ τοῦτον πείσειε τὴν τῶν Ῥωμαίων καταλιπεῖν γῆν.
ὡς τὴν βασιλεύουσαν ἔφθασε καὶ τοῦ διδασκάλου πρὸς πρόσωπον
ἕστηκεν, ἢ τούτου θέα ἀναφλέξασά τε καὶ οἶον φερμαίνουσα ὀλο-
φύρεσθαι κατηνάγκαζε, καὶ δάκρυσιν οὐ παρειὰς μόνον ἀλλὰ καὶ
τράχηλον καὶ στέρνα διάβροχα ἐμποιεῖν. καὶ τὸ πρῶτον ἀφασία 20
τῶν δρωμένων τὸν διδάσκαλον κατελάμβανεν, τίς τε εἶη οὐκ εἰδώς,
C καὶ ὅτου ταῦτα ἔνεκεν διαπράττοιτο· ἢ τε γὰρ τούτου μορφὴ ἄλ-

17 τὴν] γῆν P

“num adhuc vivat ac superstes sit.” respondet vero “omnino supersti-
tem esse,” virique magnifice virtutem laudat, dicens inopem vitam
agere, ac vulgo ignotum sapientia clarere. statim ergo Mamum ad
hunc literas in hanc sententiam scribit. “ex fructu arborem, ex disci-
pulo magistrum agnovimus. ergo tu, qui tanta rerum praeditus scientia
ob virtutem ac scientiae altitudinem civibus tuis ignotus es, necdumque
sapientiae ac scientiae fructus percepisti (quippe nullum ab eis honorem
consecutus), ne dedigneris venire ad nos, tua nos doctrina impartitu-
rus. hoc si feceris, tibi cervicem gens omnis Saracenorum inclinans
tanta munerum ac divitiarum vi cumulabit, quanta nemini unquam ho-
minum obtigit.” his ergo literis adolescenti traditis, eoque liberaliter
donato, ad magistrum iubet proficisci; rursusque honores ac munera pol-
licetur; ac si velit, etiam facultatem facturum redeundi in patriam, si
modo Leonī, ut ad eos transeat Romano relicto orbe, suaserit. ubi
itaque in urbem regiam venit, ac coram magistro adstitit, eius incensus
aspectu, velutque calore exaestuans, in gemitus cogitur, nec solum ge-
nas sed et collum et renes rigat lacrimis. ac primum quidem rerum in-
certus magister haerere, cum nec quis ille esset exploratum haberet,
nec sciret cuius gratia haec agerentur. adolescentis enim longiore mora

λοιωθεῖσα τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῆς αἰχμαλωσίας κακουχίᾳ ἄλλοιον
τὸν νεανίαν ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνον εἶναι τὸν γνωριζόμενον ἀνεδίδασκεν.
ὡς δὲ τὴν τούτου γνῶσιν κατὰ μικρὸν ἐδίδου, ὄνομα καὶ μαθή-
ματα ἐπειπὼν, καὶ προσετίθει τὰ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τὴν αἰτίαν
5 τῆς ἀπολυτρώσεώς τε καὶ ἀφίξεως, καὶ ἅμα εἰς χεῖρας ἐδίδου δὴ
τὴν γραφὴν, τότε δὴ κοινῇ τὴν τραγωδίαν ἐπλήρουν καὶ θρηνω-
δίαν. πλὴν οὐκ ἀκίνδυνον εἶναι λογισάμενος τὴν ἐκ τῶν ἐχθρῶν
γραφὴν, εἴ γέ ποτε κατάφωρος γένοιτο, τῷ λογοθέτῃ πρόσεισι
(Θεόκτιστος οὗτος ἦν ὁ πυρανάλωμα τῷ Βάρδα γενόμενος) καὶ
10 διηγεῖτο τὰ τοῦ αἰχμαλώτου πάντα καὶ μαθητοῦ, καὶ ἅμα δίδω-
σιν τὴν τοῦ ἀμεραμνουνηῆ γραφὴν. αὕτη ἡ αἰτία τῆς τοῦδε τοῦ **D**
ἀνδρὸς πρὸς τὸν βασιλέα γνώσεώς τε καὶ οἰκείωσις. οὗτος ὁ μα-
θητὴς καὶ τοῦτο τὸ γράμμα τὴν τε τοῦ Λέοντος σοφίαν ἐν ὑπαί-
θρῳ γενέσθαι ἐν γωνίᾳ τέως οὖσαν ἐποίησεν καὶ τῆς εὐτελείας ἐκει-
15 νης καὶ πενίας ἔξω παρήγαγεν. τό τε γὰρ γράμμα ἐμφανίζει τῷ
Θεοφίλῳ ὁ λογοθέτης, καὶ προσκαλεῖται τοῦτον αὐτός, καὶ πλου-
τίζεται καὶ ἐν τῷ τῶν ἀγίων μ' ναῶ διδάσκειν δημοσίᾳ παρὰ τοῦ
βασιλέως ἐπέιγεται. οὐ πολὺς γοῦν χρόνος, καὶ ἐπεὶ διέγνω ὁ
Μαμοῦν μὴ βούλεσθαι τὸν φιλόσοφον τῆς οἰκείας τὴν ἀλλοτρίαν
20 ἀλλάξασθαι, διὰ γραφῆς ἐκτίθησιν ἀπορίας γεωμετρικῶν τε καὶ
ἀστρολογικῶν ζητημάτων καὶ τινων ἐτέρων δυσδιαγνώστων κεφα- **P 118**
λαίων, καὶ τὴν λύσιν τούτων κομίσασθαι ἀξιοῖ. ὡς δ' οὖν ἕκα-
στον προσηκόντως ἠρμήνευσεν ὁ Λέων καὶ τὰς τούτων λύσεις ἐξέ-
θετο, προσεφῆρμοσέ τε τούτοις καὶ τινὰ προγνώσεως ἐκπλήξεως
24 τινὰς προγνώσεις?

immutata species, malisque captivitatis detrita, alium existimari prae-
bebat quam qui notus erat. at ubi paulatim sui notitiam fecit, nomen-
que ac disciplinas edidit, et captivitatem adiecit, causamque redemptio-
nis ac cur venerit, simulque literas in manus dedit, tunc sane communi
ambo luctu planctuque soluti sunt. cum tamen Leo haud sibi tutum in-
telligeret, si quando ab hoste clanculum literas accepisse deprehenderet-
tur, ad logothetam accedit (Theoctistus is erat, cui Bardas necem con-
scivit) ac captivi verba omnia et discipuli exponit, simulque ameramnu-
nis literas tradit. sicque virum imperatori innotescere contigit, inque
illius necessariorum numerum cooptari. hic discipulus ac epistola, quae
hactenus in angulo delituerat, Leonis sapientiam in apertum produxit,
adiectaue illa eum per egestatem vitae sorte exemit. logotheta nam-
que Theophilo literas ostendit; quem ille accersitum dicit, publiceque
doctorem in sanctorum quadraginta martyrum sacra aede praeficit. ubi
non multis exactis diebus, intelligens Mamum haud ex animo Leoni esse
ut natali solo relicto se ad eum conferret, geometricas quasdam ac
astronomicas aliarumque scientiarum difficiles quaestiones solertia mentis
solvendae ac exponendas mittit. Leo ubi rite singulas interpretatus
esset ac uniuscuiusque solutionem edidisset, quaedam etiam admirationis

Ἔνεκα, τότε δὴ μεγάλως ἐπὶ χειρας λαβόντα αὐτὰ τὸν ἀμεραμνουῆ τρωθῆναι δὴ τῷ τούτου πόθῳ, καὶ μέγα ἀνακραγεῖν, τὸν ἄνδρα τῆς φιλοσοφίας καὶ τῶν μαθημάτων ὑπεραγάμενος. ὄθεν εὐθὺς οὐ πρὸς ἐκεῖνον πρὸς δὲ τὸν Θεόφιλον ἐπιστολὴν πέμπει, τὸν νοῦν τοῦτον ἐμπεριέχουσαν, ὡς ἐβουλόμην μὲν αὐτὸς ἀφικέσθαι σοι, 5
B κειμένη μοι ἀρχὴ ἐκ Θεοῦ καὶ ὁ πολὺς ὑπὸ τὴν χειρὰ μου τελῶν καὶ ἐξουσίαν λαὸς τοῦτο οὐ συγχωρεῖ, ἀξιῶ τὸν ὃν ἔχεις ἐπὶ φιλοσοφία καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις περιβόητον ἄνδρα βραχύν τινα χρόνον ἐπαποστεῖλαι, καὶ συγγενέσθαι μοι τοῦτον πεῖσαι, τρόπῳ 10
 διδασκαλίας τῆς αὐτοῦ ἐπιστήμης μεταδιδόντα καὶ ἀρετῆς τῷ οὕτως ἔχοντι ἐμοὶ πρὸς ἐκείνας ἐρωτικῶς. πάντως δὲ οὐκ ἀναβολή τις γενήσεται ὅτι τε τῶν οὐχ ὁμογλώσσων ἐγὼ καὶ ὅτι τῆς πίστεως ἀλλότριος· ἀλλ' ὅτι μᾶλλον τοιοῦτος ὁ ἀξιῶν, πέρασ ἢ αἴτησις λήψεται παρὰ φίλοις ἐπιεικέσι τε καὶ χρηστοῖς. χύρις δὲ σοι κα- 15
C ταβληθήσεται ὑπὲρ τούτου χρυσίου μὲν εἴκοσι κεντηνάρια, εἰρήνη δὲ καὶ σπονδαὶ αἰδίοι τε καὶ ἀτελεύτητοι. τοσοῦτοις μὲν ἐκεῖνος τὴν αὐτοῦ ἐξωνεῖτο παρουσίαν καὶ ἄφιξιν· ἀλλ' ὁ Θεόφιλος ἀνταποκρίνας καὶ ἄλογον τὸ οἰκεῖον δοῦναι ἑτέροις καλὸν καὶ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν ἔκδοτον ποιῆσαι τοῖς ἔθνεσι, δι' ἧς τὸ τῶν Ῥω- 20
 μαίων γένος θαυμάζεται τε καὶ τιμᾶται παρὰ πᾶσιν, ἐκείνῳ μὲν οὐκ ἐπένευσε, τοῦτον δὲ διὰ τιμῆς πλείονος σχῶν τὸν Ἰωάννην τοῦ

16 ἑκατὸν margo Combef.

19 τῶν om P

causa futura praedicendi signa adiecit. tunc ameramnunes acceptis in manus literis maiorem in modum viri desiderio animo affici altumque vocem tollere, eius philosophiae ac disciplinarum defixus admiratione. mox ergo non ad Leonem sed ad ipsum imperatorem literas scribit, hunc fere continentes sensum. "statueram, quod est amici discipulique officium, ipse ad te venire: sed cum creditum mihi a deo imperium tantaque haec subiectae plebis multitudo id non permittant, rogo ut quem virum philosophia aliisque disciplinis longe celebrem habes, ad breve tempus mittas ac mecum versari iubeas, ut me sua ille doctrina ac virtute, quarum tanto amore flagro, impertiat. neque ob religionis gentisque diversitatem praestare rem differas: sed magis quod talis est qui rogat, finem facile vota habebunt inter probos ac mites amicos. pro hoc autem munere auri centenaria viginti reddemus, pacemque ac foedus perenne componemus." tantis ille redimendam viri praesentiam putavit, et quod is illi utendum praeberet. at Theophilus dato responso, nec consentaneum ratus bonum proprium aliis tradere, rerumque scientiam gentibus prodere, cuius causa Romanum genus ubique gentium admirationem habet honorique ducitur, eius minime votis annuit: Leonem vero maiori porro in honore lubens, Ioanni patriarchalem tum sedem

πατριαρχικοῦ τότε θρόνου ἀντιποιοῦμενον κατὰ τὴν Θεσσαλονι-
 κέων μητρόπολιν, καὶ ὡς πλήρη σοφίας ὄντι καὶ ὡς οἰκειούμενον
 τούτῳ κατὰ συγγένειαν, χειροτονεῖν ἐγχελεύεται. (28) ὃς ἐπεὶ D
 μετὰ τὴν χειροτονίαν κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην ἐγένετο, εἶχε μὲν
 5 ἅπαντας τὴν αὐτοῦ εὐλαβουμένους τε καὶ τιμῶντας ἀρετήν, εἶχε
 δὲ μᾶλλον τιμῶντας τοῦτον λαμπρότερον ἔκ τινος αἰτίας ἦν ὁ λόγος
 δημοῖ. περὶ τὰς τῶν καρπῶν γούς στεῖρά πως τοσοῦτον ὠρᾶτο
 ἢ γῆ καὶ ἄτεκνος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ὡς καὶ θάνατον κατεπέιγε-
 σθαι. οὓς ἰδὼν τῷ τῆς συμπαθείας οἴκτῳ βληθεῖς μήτ' ἀθυμεῖν
 10 παρήνει μήτε μὴν συμφοραῖς ἐπαπόλλυσθαι, εἶγε δὴ βούλοιντο
 τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπικουρίας καὶ αὐτοῦ γε τυχεῖν. περὶ τινὰ γούν
 καιρόν, ὃν ἐκ τῆς ἀστρολογικῆς ἐδιδάσκετο ἀστέρων τινῶν ἐπιτο-
 λαῖς τε καὶ φάσεσιν ἀπόρροιάν τινὰ καὶ συμπάθειαν τοῖς περιγεῖοις P 119
 προσγίνεσθαι, τὰ σπέρματα τῆ γῆ κατεβάλλετο καὶ ὑπὸ κόλπους
 15 ταύτης ἐδίδου, ὧν τοσαύτην γενέσθαι συνέβη εὐφορίαν τε καὶ εὐ-
 καρπίαν, ἐπεὶ τὸ ἔαρ ἀνέτελλεν καὶ ὁ τοῦ θέρους ἐφροστήκει και-
 ρός, ὡς πολλοὺς ἐπαρκέσαι χρόνους αὐτοῖς καὶ εἰς τὸ ἐξῆς, πάν-
 τως οὕτω τοῦ Θεοῦ τὸν ἄμητον πολύχουν ἐνεγκαμένου ταῖς τῶν
 ἀναγκαζομένων λιτανείαις ἐπιδόντος καὶ ἰκετείαις, ἀλλ' οὐ τῆ
 20 ἐκείνου περὶ τὰ τοιαῦτα ματαιοπονία. τοῦτο γούν τὴν ἐπὶ πλέον
 τῶν Θεσσαλονικέων ἠϋΐησε πρὸς τὸν ἄνδρα στοργὴν καὶ τὸ φίλ-
 τρον αὐτῶν διήγειρεν, ὡς εἰκός. (29) θαυμαζόντων δὲ πολλῶν B

administranti iubet ut eum Thessalonicensem metropolitam ordinet, vi-
 rum scilicet sapientia ornatum, et qui sanguinis necessitudine ipsum
 contingeret. (28) ubi sacerdotio initiatus Leo Thessalonicam venit,
 omnium in se civium animos, ipsum pro virtute venerantium ac colen-
 tium, convertit. accidit vero etiam aliquid quod eam eius venerationem
 ac cultum magnificentius auxit. eo tempore tanta fuit terrae sterilitas
 omniumque frugum penuria, ut et mors iam immineret. visa autem
 Leo civium tanta miseria, miserantis animi affectu saucius, hortatur
 maestitiam ponere nec calamitatibus immori, si modo divinam opem
 consequi velint atque eius quoque auxilio iuvari. ad certum itaque
 tempus, quo ex astrologia didicerat ab stellarum quarundam exortu con-
 spectuque benigniores quasdam e caelo influentias in haec inferiora de-
 mitti, sementem facere iubet inque terrae sinum iacere; quo facto tanta
 fertilitas frugumque ubertas appetente vere messisque tempore contigit
 ut in multos deinceps annos collecta annona suffecerit, ita plane deo
 uberem illam messem conferente, cum se facilem miserorum supplica-
 tionibus ac votis praebuisset, non quasi inanis illa astrologi observatio,
 tantae illius benignitatis causa exstiterit. ea tamen res Thessalonicen-
 sium erga Leonem amoris vim ac flammam, uti par est, maiorem in
 modum excitavit auxitque. (29) porro plerisque eius sapientiam mi-

περὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας, καὶ ὅπως εἰς ἄκρον ἔφθασε πασῶν τῶν ἐπιστημῶν, λέγεται πρὸς τινὰ τῶν ἑαυτοῦ συνήθων φάναι “ὡς τὴν μὲν γραμματικὴν καὶ ποιητικὴν κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν διατρίβων κατώρθωσεν, ῥητορικὴν δὲ καὶ φιλοσοφίαν καὶ ἀριθμῶν ἀναλήψεις κατὰ τὴν νῆσον Ἄνδρον γενόμενος· ἐκεῖσε γὰρ τινὶ 5 σοφῷ ἀνδρὶ ἐντυχὼν καὶ τὰς ἀρχὰς μόνον καὶ τινὰς λόγους παρ’ αὐτοῦ λαβὼν, ἐπεὶ μὴ ὅσον ἐβούλετο εὑρίσκειν, τῇ χέρσῳ ταύτης περινοστῶν καὶ μοναστήρια καταλαμβάνων καὶ τὰς ἀποκειμένας βίβλους ἀνερευνῶν τε καὶ ποριζόμενος, καὶ πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν ὁρέων σπουδαιότερον ταύτας ἐμμελετῶν, πρὸς τὸ τῆς γνώ- 10 σεως οὕτως ὑψὸς ἀνεβιβάζετο, ὅτε δὴ καὶ κόρον σχῶν τῶν μαθημάτων πρὸς τὴν βασιλεύουσαν αὐθις ὑπέστρεψεν, τὰ σπέρματα τῶν ἐπιστημῶν ταῖς τῶν βουλομένων διανοίαις καταβαλλόμενος.” ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον· καὶ νῦν δὲ ἐπεὶ μετὰ τρεῖς χρόνους (τοσοῦτος δὲ ὁ τῆς τοῦ θρόνου ἀντιλήψεως χρόνος) ἐκ τῆς καθαι- 15 ρέσεως αὐθις ἐσχόλαζεν, τῆς κατὰ τὴν Μαγναύραν μὲν οὗτος ἦρχε φιλοσόφου σχολῆς, ὁ δὲ δὴ τούτου φοιτητῆς Θεόδωρος τοῦ τῆς γεωμετρίας διαιτητηρίου προϊστάτο, καὶ Θεοδήγιος τοῦ τῆς ἀστρονομίας, καὶ Κομητᾶς τῆς τὰς φωνὰς ἐξελληνιζούσης γραμματικῆς· οἷς ὁ Βάρδας καὶ δαψιλῶς ἐπαρκῶν καὶ ἐκ φιλομαθίας 20 πολλάκις ἐπιφοιτῶν καὶ τῶν διδασκομένων τὰς φύσεις ἐπιρρωννύς, ἐντὸς τοῦ καθήκοντος χρόνου ὥσπερ πτερὰ τοῖς λόγοις διδοὺς περοφυεῖν ἐποίει καὶ προβαίνειν εἰς τοῦμπροσθεν.

rantibus, ac qua ille ratione ad omnium scientiarum apicem evaserit rogantibus, dixisse ferunt ad quendam sibi familiarem “grammaticam quidem ac poesin Cpoli morantem se didicisse, rhetoricam vero et philosophiam nec non arithmeticam in Andro insula versantem. illic enim cum docto quodam viro consuetudinem habuisse, ab eoque principiis duntaxat ac praeceptis quibusdam rationibusque imbutum, nec quantam desideraverat nactum eruditionis vim, vicinam continentem pervagando monasteriaque adeundo, atque in illis exstantes libros scrutando sibi que comparando atque in montium iugis acri diligentia evolvendo et in eis meditando, ad tantae doctrinae fastigium evasisse. tumque abunde disciplinis expletum in urbem regiam rursus venisse, eorumque animis qui ipsius uti opera vellent scientiarum semina inspersione.” verum haec prius: modo autem, post tres annos (tot enim fluxerant ab arrepto sacerdotio) iterum cessare iussus ac gradu motus philosophiae scholam ad Magnauram regendam susceperat: Theodorus vero eius discipulus geometriae ludo praesidebat, Theodegius astronomiae, Cometas linguae Graecae grammaticae. iis Bardas dum large sumptus suppeditat, ac quo scientiarum desiderio accensus videbatur, saepe ipse quoque scholas frequentans discipulorumque animos confirmans, intra iusti temporis moras velut alas doctrinis addidit, eis que plumescendi (ut sic dicam) ac profectus maximi compendium fecit.

30. Καὶ τοῖς τοῦ ἵπποδρόμου δὲ συνεχῶς ὁ Βάρδας ἐαυ-
 τὸν ἐδίδου κριτηρίοις, καὶ ἐραστὴς νομιζοῦσθαι ταύτης τῆς γνώμης
 φιλοτιμούμενος. ἔτυχε δ' ἄν παρὰ πολλοῖς, τοῦ χρόνου τὰ γε-
 γονότα καλύψαντος· ἀλλὰ πάλιν τὰ τῆς ἐκκλησίας κινήσας τε καὶ P 120
 5 ἀναταράξας, καὶ ἀντὶ γαλήνης φιλονεικίας αὐτῇ καὶ κακώσεων
 [καὶ] ὀλεθρίων αἴτιος γεγονώς, εἰκότως οὐ τὴν κρείττω δόξαν ἀλλὰ
 τὴν ἐναντίαν ἠνέγκατο. ἄρτι γὰρ τὸν βίον Μεθοδίου μεταλλαχό-
 τος, τέσσαρας μόνους χρόνους τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρό-
 νον κεκρατηκότος, Ἰγνάτιον μοναχὸν ὄντα καὶ τῆς μονῆς ἡγούμε-
 10 νον τοῦ Σατύρου, τὸν Νικηφόρου μὲν τοῦ βασιλέως ἔχοντον, υἷον
 δὲ Μιχαήλ, τὸν ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἀρετῇ παντοία μαρτυρηθέντα
 πρὸς τὸν τῆς πατριαρχίας θρόνον ἀναβιβάζουσι καὶ τῆς οἰκουμέ-
 νης τοὺς οἰακας ἐμπιστεύουσιν. οὗτος οὖν μετὰ τινος χρόνου
 τὸν Βάρδα ἐπὶ τοῦ οἰκείου γυναικίου ἀλόγως καὶ ἀναίτιως ἀπο-
 15 βολῇ τῆς αὐτοῦ δὲ νύμφης περιπλοκῇ τῆς ἐκκλησίας ἀπέργων, B
 ἐπεὶ μὴ τῶν θείων κανόνων ἡμέλει, τὴν ἦν ἐκείνῳ ἐδίδου ποινὴν
 τῆς ἐκκλησίας ἀποπεμπόμενος, ταύτην εἰσπράττεται παρ' αὐτοῦ.
 καὶ ἵνα τὸν λιμὸν καὶ τὴν δίψαν παρῶ καὶ τὰς ἐπὶ γῆς τοῦ ἀνδρός
 ἐκτάσεις τε καὶ ῥαβδισμοὺς καὶ τὰς κατ' ὄλον τὸ σῶμα ὤμοιτάς
 20 πληγὰς, ἐν τοῦτο μόνον ἐγὼ εἰπὼν ἐπὶ τὰ συνεχῇ βυδιοῦμαι τῆς
 ἱστορίας. (31) παρεδίδου τὸν Ἰγνάτιον ὁ Βάρδας φρουρᾶ, καὶ
 φρουρᾶ ἀπηγεῖ τε καὶ χαλεπῇ· ἡ δὲ ἦν ἐν τῷ τῶν ἱερῶν ἀποστό- C
 λων τεμένει, οὐκ ἐν τῷ δὴ μεγάλῳ τε καὶ σεμνῷ, ἀλλ' ἐνθα οἱ

30. Idem Bardas in iudiciis in Circo agitari solitis assiduus erat, animique iuris aequique tenacis laudem ambiens vulgo utique adeptus esset, tempore obscurante ea quae illi iam iniqua patrata erant: quia tamen iterum res ecclesiae miscuit ac turbavit, rixaeque ei et malorum ac exitii auctor exstitit, pro tranquillitate, qua fruebatur, hinc merito non gloriam sed probrum labemque reportavit. etenim Methodio, ubi annos solummodo quattuor sedem Cpolitanae rexerat, ex humanis sublato, Ignatium monachum ac monasterii Satyri tum praepositum, Nicephori imperatoris ex filia nepotem ac Michaelis filium, virum scilicet omni pietatis atque virtutis laude clarum, qui rerum potiebantur ad patriarchalem sedem provehant, eique orbis gubernacula concedunt. hic itaque post annos aliquot, dum Bardam Caesarem, quod nulla legitima causa aut crimine repudiata uxore cum nuru sua commiscebatur, neglecti canonum iuris non indiligens vindex et ultor, ecclesia arcet; quamque illi poenam indixerat, eiciens ab ecclesia, eandem ab eo vicissim sustinuit. atque ut famem sitimque praeteream, humique distento corpore verbera ac saevissimas membris omnibus plagas taceam, ubi unum hoc tantummodo dixerō, exceptam historiae seriem repetam. (31) traditur a Barda Ignatius carceri, idque immani funestissimoque. fuit ille in sanctorum apostolorum delubro, non in magna ac venerabili apostolorum

τάφοι καὶ λέγονται καὶ εἶσιν. ἐκεῖσε δὴ ἐναποκλείσαντες ἐν τινὶ τοῦτον τάφῳ τοῦ Κοπρωνύμου, ἐν κρυμῶ καὶ παγετῶ γυμνότερον ὑπέρου, τὸ τῆς παροιμίας, ἐν μετεώρῳ ἐπικαθίσαντες τὰ τοῦ κρυμοῦ καὶ χειμῶνος πάσχειν ἐξεβιάζοντο· τὰ δὲ ἦν ἡ δυσεντερία τε καὶ τῶν ἐντὸς ἀναγκαίων ἐκ τῆς τοῦ ψύχους ὑπερβολῆς διὰ γασ-5
 τρὸς ἀπόρροια καὶ θάνατος ἐκ τούτου πικρός. ὑπεβίω δ' ἂν ἐκ τῆς τῶν φρουρούντων δεινότητος καὶ ὠμότητος (ἦσαν δὲ οὗτοι ὁ τε Γοργονίτης Ἰωάννης καὶ ὁ Σκουτελόπτης Νικόλαος καὶ Θεόδωρος
D ὁ Μωρός), εἰ μὴ τις οἴκτῳ βαλλόμενος (Κωνσταντῖνος ἦν ὁ Ἀρ-
 μενιακός) τῇ τούτων ἀπουσίᾳ ἐν τῷ μέλλειν σιτίζεσθαι ἐκεῖθεν τε 10
 τὸν ἄνθρωπον κατεβίβαζεν, καὶ οἴνῳ βραχεῖ, ἔτι δὲ καὶ ἄρτιῳ καὶ μικρῶ τινὶ περιθάψει τὸ λυποῦν ἐπ' ὀλίγον παρεμυθεῖτο. ὥς δὲ τὸ τῆς τιμωρίας ἀρκούντως ἐδόκει αὐτῷ, τότε δὴ ὑπερόριον μὲν τὸν ἄνδρα τοῦτον κατὰ τὴν νῆσον Μιτυλήνην ποιεῖ· ἐπεὶ δὲ καὶ τινες τῶν ἐπισκόπων ἀντέλεγον καὶ τὴν δίκην πόρρω που δὴ οὔσαν 15
 καὶ ἀποφοιτήσασαν ἐπεκαλοῦντο καὶ οὐκ εἴ τι γένηται ἄλλον δέξα-
P 121 σθαι ἠπέλουν, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας συναπορρήγνυσθαι, τὸν ἐκ τούτου τάραχον δὴ κατευλαβηθεῖς ἔγνω καὶ τούτους ἀπάτη περιελθεῖν καὶ ἀλωπεκῆ. ἰδίᾳ γοῦν καὶ κρυφῆ τούτων ἕκαστον μετακαλούμενος οὐ μικρόν τι καὶ ταπεινὸν ὑπισχνεῖτό τε καὶ ἐδίδου, εἰ μόνον 20
 ἀποσταῖεν τοῦ Ἰγνατίου, ἀλλὰ τὸν θρόνον αὐτὸν Κωνσταντινουπόλεως. ὥς δ' ἐνεδίδουσαν ἅπαντες καὶ τῆς μὲν δόξης ἠττώντο, τοῦ

8 τὸ om P

7 οὗτος P

aede, sed ubi et dicuntur sepulcra et exstant. ibi in quodam sepulcro includentes, quod Copronymi fuerat, geluque ac frigore (pistillo, quod proverbio dicitur, nudiore) conficiendum in eius superioribus stantes, in ea incommoda morbosque, qui eam aëris intemperiem sequi solent, ipsum coniecerunt, dysenteriam scilicet, intestinorumque gelu frigorisque exsuperantia per ventrem deiectionem, indeque acerbam mortem. ac plane ex custodum immanitate et saevitia ea extinctus esset (erant illi Ioannes Gorgonites et Nicolaus Scuteloptes et Theodorus Morus), nisi quis miseratione tactus (Constantinus scilicet Armeniacus) illis tum per cibi sumendi occasionem absentibus eum inde demisisset, modicoque vino ac pane necnon tantillo quodam fomento nonnihil dolorem mitigasset. ubi autem Bardas sat eum poenarum dedisse existimavit, in insulam Mitylenem exilio relegat. quia vero nonnulli episcopi adversabantur, iusque in eo profligatum ac procul valere iussum obiectabant, quicquid denique contingeret, nullum alium se recepturos minabantur, quin immo ab ecclesia pariter scissum iri, hinc rerum turbationem veritus Bardas hos quoque dolo ac vulpina adoriendos putavit, singulos itaque seorsum ac clanculum ad se accersens non exiguum aliquid, aut quod merito spernendum videretur, tum pollicebatur tum dabat, modo solum ab Ignatio discederent; sed ipsam sedem Cpolititanam. cunctis vero ce-

δὲ καλοῦ ἔνεκεν καὶ νομίμου ἀντέλεγεν οὐδείς, τότε δὴ τότε ὑπε-
 τίθει ὡς ὁ μὲν βασιλεὺς αὐτοῖς τὰς ὑποσχέσεις μὲν ἐκπληρώσειεν,
 αὐτοὶ δὲ τὸ εὐσχημον τηροῦντές τε καὶ σεμνὸν ἅμα τῷ πρὸς αὐτὸν
 κληθῆναι μὴ πρὸς τὰ διδόμενα κατανεύσητε, ἵνα καὶ αὐτός, φησί, **B**
5 τῆς ὑμῶν εἴη ὑπεραγόμενος ἀρετῆς. οὕτως δὴ ἕκαστον οὐχ ὁμοῦ
 ἀλλ' ἰδίᾳ καὶ κατὰ μόνους πρὸς τὸν Μιχαὴλ προσκαλούμενος μὴ
 ἀνθρώρῳ ἐπιπηδᾶν τῇ τιμῇ ἀνέπειθεν. καὶ οὗτοι μὲν ἐκ μόνου
 προσρήματος ἀξιούμενοί τε καὶ ἀπαρνούμενοι ἔλαθον ἑαυτοὺς πα-
 ραδειγματίσαντες· τῆς γὰρ ἀρετῆς ἐξέπιπτον τῷ τῆς δόξης νικώ-
10 μενοι ἔρωτι, καὶ ταύτης αὐθις ἠμάρτανον, ὅτι μὴ καλῶς ἀλλ'
 ἐπιβούλως τὸν Ἰγνάτιον παρεδίδοσαν. (32) οὕτως οὖν ἐπεὶ καὶ
 οὗτοι ἄνθρωποι ὄντες ἐφάνησαν καὶ οὕτω δὴ ἠπατήθησαν, Φωτίῳ **C**
 ἐπὶ σοφίᾳ μὲν ὄντι γνωρίμῳ ἀνδρὶ, κοσμικῆς δὲ τάξεως ἀντιποιοῦ-
 μένῳ καὶ τὴν τοῦ πρωτοασηκρητῆς δεδραγμένῳ τιμῇν, τὸν θρόνον
15 ἐδίδου τῆς Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἵνα δὴ καὶ τὰ αὐτῶν κρα-
 ταιότερα ἀποφῆνωσιν, τοποτηρητὰς μὲν ἐκ Ῥώμης ἐπ' ἄλλαις προ-
 φάσεσι (κατὰ γὰρ τῶν εἰκονομάχων) σταλέντις μεταπεμψάμενοι,
 κατὰ δὲ Ἰγνατίου μετὰ τοῦ καιροῦ γεγονέναι παρασκευάσαντες
 καὶ συνεδριάσαντες, καὶ ἐν τῷ τῶν θείων ἀποστόλων τεμένει δε-
20 δημοσιευμένην καθαιρέσει τοῦτον καθυποβαλόντες, ἐπεὶ τῆς ἐξορίας **D**
 μετεκαλέσαντο, πνυμαῖς τὰ πρόσωπα καὶ τοὺς ὀδόντας συνθλά-
 σαντες, πᾶσαν σκοτόμαιναν κατὰ τῶν ἱερέων κακῶς, καὶ δεύτερος

22 Fort. κνκῶσι. margo Combef.

dentibus gloriaeque ambitu superatis, nec ut iuris aequique causa refragarentur ullam rationem habentibus, tunc nimirum singulos admonuit, impleturum quidem imperatorem quae erat pollicitus, illis tamen servandum quod ex decori honestique ratione existat; nec statim cum accerserit, acquiescendum ut oblata accipiam, "quo et ipse imperator vestrae" inquit "virtutis supra modum admirator existat." sic itaque singulis non simul sed seorsum vocatis, auctor est ne confestim in dignitatem involent. atque hi quidem ex sola salutatione rogati ac abnuentes, ipsi se ipsos imprudentes traducebant: gloriae enim amore superati virtutis fecere iacturam; nec gloriam sunt assecuti, quod non rite exque honesti ratione sed insidiosae Ignatii causam prodiderant. (32) sic itaque his quoque humanum quid se passos ostendentibus, inque eum modum deceptis, Photio viro sapientiae laude claro, saeculari militia ac dignitate secretariorum principi, Cpolititanam sedem tribuit. atque ut gestis maius quid ad robur adiiicerent, Romani antistitis vicarios, alia occasione Roma missos (adversus scilicet haeresim iconomachorum) accersentes adversusque Ignatium quaesita opportunitate coactoque concilio adducentes, in divinorum apostolorum sacra aede publicata sententia, Ignatium depositionis poenae subiiciunt; eique ab exilio revocato pugnibus vultum contundunt confractosque dentes excutiunt, atrae noctis procellam adversus sa-

τῶν ὄντων ἐπὶ γῆς μηδέπω φανῆ. ἀλλ' ὅσα μὲν καὶ ἄλλα κατὰ πάντων ἱερέων ἐνευνιεύσατο, φυλακαῖς τε καὶ ὑπερορίαις καὶ ποιναῖς ὠμοτάταις ὁσημέραι παραδιδούς, ἵνα τῷ Φωτίῳ συγκοινωνήσωσι, βίβλοι τε πολλαὶ καὶ ὁ πᾶς οὐκ ἐπιλίποι χρόνος ἐκτραγωδῶν.

P 122 33. Ἐντεῦθεν γοῦν τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἢ τῶν Ῥῶς ἐκάκου ἐπιδρομή (ἔθνος δὲ οὗτοι Σκυθικὸν ἀνήμερόν τε καὶ ἄγροικον), τὸν τε Πόντον αὐτόν, οὐ μὴν καὶ τὸν Εὐξείνον, κατεπίμπρα καὶ αὐτὴν τὴν πύλιν περιεστοίχιζεν, τηνικῶτα τοῦ Μιχαὴλ κατὰ Ἰσμαηλιτῶν ἐκστρατεύοντος. πλὴν ἄλλ' ἐκεῖνοι μὲν τότε θείας ἐμφορηθέντες ὀργῆς, Φωτίου τὸ θεῖον ἐξιλεωσαμένου τοῦ τῆς ἐκκλησίας τοὺς οἴακας ἔχοντος, οἴκαδε ἐκπεπόρευντο· καὶ μετ' οὐ πολὺ πάλιν τὴν βασιλεύουσαν πρεσβεία αὐτῶν κατελάμβανεν, τοῦ θεοῦ βαπτίσματος ἐν μετοχῇ γενέσθαι αὐτοὺς λιτανεύουσα, ὃ καὶ γέγονεν.

B 34. Τὰ μὲν οὖν ἢ τούτων ἐκάκου ἐπιδρομή· τὰ δὲ ὁ τῆς Κρήτης στόλος ἀναγόμενος, ὡς κουμβαρίων ἄχρι εἴκοσι, ἑπτὰ γαλέας καὶ τινὰς σατούρας μεθ' ἑαυτοῦ ἐπαγόμενος, ἐληΐζετό τε καὶ κατεδουλαγῶγει, νῦν μὲν τὰς Κυκλάδας νήσους περινοστῶν, νῦν δὲ ἄχρι Προικοννήσου τὴν παράλιον ἄπασαν. τὰ δὲ οἱ συνεχεῖς τῶν σεισμῶν ἐλυμαίνοντό τε καὶ πρὸς τοῦδαφος ἔβαλλον, νῦν μὲν καθ' ἣν ἢ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψις ἐορτάζεται, τὸ πρὸς νότον τρίτον τοῦ Ἐξακιονίου πρὸς γῆν ἐδαφίζοντες, ναοὺς

8 μὴν καὶ] μὴν ἀλλὰ καὶ?

cerdotes miscentes, cui similis nulla unquam in terra exstiterit. quae vero quantaque alia Bardas adversus sacerdotum omnem coetum temere ausus sit, quos quotidie carceris maceratione exsiliisque ac poenis saevissimis, ut communione Photio iungerentur, addiceret, et libri complures et omnis posteritas tragice deflere nunquam desinet.

33. Exinde factum ut Rossi (Scythica illa gens immitis ac fera) Romanos agros vastarent ipsumque Pontum (haud sane etiam Euxinum) igni desolarent, ac quasi indagine regiam ipsam urbem (Michaelis in expeditione adversus Ismaelitas occupato) cingerent. verum hi quidem abunde dei ira exsaturati, Photio, qui ad ecclesiae gubernacula sedebat, deum exorante ubique propitium reddente domum rediere; nec multo post legatis in urbem missis divinum efflagitantes baptismum, etiam impetravere.

34. Partim itaque haec Rossorum vastabat incursio; partim Cretensium advecta classis, ad viginti lintres (cymbaria vocant) galeas septem ac onerarias quasdam adducens, depraedabatur infestabatque, modo quidem Cycladas insulas, modo maritimam omnem regionem ad Proconnesum usque pervagans: partim denique continui terrae motus labefactabant et solo tenus diruebant. horum unus, quo die domini ac salvatoris nostri in caelos recepti solennis memoria agitur, Exacionii tertiam

τε εὔπρεπεις καὶ οἴκους λαμπρούς, νῦν δὲ στήλας τήν τε κατὰ C
Χρυσῆν πύλην τῆς πόλεως Νίκην ἐγκαθιδρυμένην τάς τε ἐν τῷ
Δευτέρῳ κατὰ τὴν ἁγίαν Ἄνναν στεροῶς ἰσταμένας ἐγκατασεύσαν-
τες· ἦν ὁ μαθηματικὸς Λέων καταπεπτωκυῖαν ἰδὼν τὴν τοῦ δευ-
5 τέρου ἐκ βασιλέως πτώσιν ἔλεγεν ἐπαπειλεῖν καθαρώς. μακρὸν
εἶη λέγειν ποταμῶν ἀφάνειαν καὶ πηγῶν καὶ ἄλλ' ἄττα παθήματα
κατὰ τε Ἰσαυρίαν καὶ καθ' ἐκάστην χώραν ἐπιγιγνόμενα.

Ἄ πάντα ὁ βασιλεύων ἐν δευτέρῳ θέμενος ὅλος εἶχετο τῶν
ἱππικῶν ἀγώνων κατὰ τὸν ἐν Εὐξείνῳ ἀνεγχερόμενον ναδὸν τοῦ ἁγίου
10 Μάμαντος. (35) καὶ ποτε δὲ — ἀλλὰ συνήθειάν τινα διηγήσο- D
μαι πρότερον, ἢ τὴν τῶν Σαρακηνῶν καθ' ἡμῶν ἐκστρατείαν διὰ
πυρσοῦ ἐν ἀκαρεῖ ἐδήλου καὶ παρεγύμνου τῷ βασιλεῖ. ἔρυμά τι
καὶ φρούριον τῇ κατὰ Κιλικίαν Ταρσῷ πλησιάζον καὶ γειτονοῦν
οὕτω καλούμενον Λοῦλον ἔστιν. οἱ τεταγμένοι οὖν τοῦτο φρου-
15 ρεῖν, ἅμα τῷ τὴν ἐκείνων ἰδεῖν ἐκδρομήν, διὰ φανοῦ δηλοῦσιν
τοῖς κατὰ τὸν Ἀργαῖον βουνόν, καὶ οἱ αὖθις τοῖς κατὰ τὴν Ἰσά-
μον, καὶ οἱ τοῖς κατὰ τὸ Αἰγίλον, καὶ τοῦτο τοῖς κατὰ τὸν Μά-
μαντα πάλιν βουνόν· εἶτα τοῦτον ὁ Κύριζος διαδεχόμενος, καὶ
αὖθις τοῦτον ὁ Μάκιλος, ἐκ τούτου δὲ ὁ τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου P. 123
20 βουνὸς τοῖς ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ κατὰ τὸ ἡλιακὸν τοῦ Φάρου
ἐπὶ τούτον διαιταροῖς ἀφωρισμένοις ἐν βραχεῖ ἐποίει δὴ φανερά.
ποτὲ γοῦν τοῦ Μιχαὴλ κατὰ τὸν εἰρημένον τοῦ μάρτυρος Μάμαν-

16 Cedren. ἐν Ἀργείῳ. Zonar. Ἀργαίῳ. Combes.

21 τούτῳ?

partem solo prostravit, eam scilicet quae ad austrum spectat elegantique cultu exstructa templa habet ac magnificas aedes: alter statuas evertit, tum scilicet Victoriam, quae ad Auream urbis portam collocata erat, tum quae in Deutero (velut Secundum dicas) ad sanctam Annam suis firmiter basibus fixae stabant. hanc Leo mathematicus collapsam videns, illius palam casum designare dixit, qui ab imperatore potentia proximus esset. longioris operae esset arefacta flumina ac fontes referre, aliaque tum in Isauria tum in singulis quibusque provinciis visa portenta.

Quae omnia imperator in secundis habens, equestribus certaminibus ad sancti Mamantis in Steno templum totus incumberebat. (35) quandoque autem — prius vere narrabo consuetudinem quandam, qua Saracenorum adversus Romanos eruptio, accensa facula, momento temporis indicabatur ac detegebatur. castellum quoddam ac praesidium Tarsi Ciliciae vicinum, Lutum nomine, exstructum est. in eo praesidarii cum Saracenos incursionem expedire sentiunt, laterna significant his qui in Argaeo colle excubias agunt; iterumque qui in Argaeo, his qui in Isamo; hique vicissim his qui in Aegilo; Aegilum rursus his qui in colle Mamantis degunt: sequitur Cyrisus, huncque rursus Mocilus; ex eo Auxentii collis diaetariis, qui in magno Palatio ad Phari solare constituti erant, nulla mora periculi index erat. quandoque igitur, cum ad illud, quod diximus, Mamantis martyris templum Michael agendis equis se

τος ναὺν ἰππύσασθαι μέλλοντος καὶ τὸ σύνθημα τῆς ἵπποδρομίας
 δεδωκότος, ἐπεὶ κατὰ τὴν ἐσπέραν ὃ ἐκ τοῦ Φάρου φανὸς διὰ τοῦ
 παππίου ἐδήλου τὴν τῶν ἔθνῶν ἐκδρομὴν, εἰς τοσοῦτον ἦλθεν
 ἀγῶνα καὶ φόβον ὃ βασιλεὺς δέει τοῦ μὴ παροφθῆναι τὴν ἡνιοχείαν
 αὐτοῦ παρὰ τῶν θεατῶν τῆς τοιαύτης ἕνεκεν ἀγγελίας, εἰς ὅσον 5
 B ἄλλος τις ἦλθεν κινδυνεύων ὑπὲρ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ μὴ πλησιάζειν
 τούτους μᾶλλον ἀγωνιζόμενος. οὕτως ἐκεῖνος ἐθεατριζέτο τε καὶ
 οὐκ ἤσχύνετο. ὄθεν ἵνα μήτε τις τῶν αὐτοῦ ἀγῶνων ἀπολιμπά-
 νοιτο μήτ' ἄλλο τι τῶν ἐκεῖθεν ἀνιαρῶν προσπίπτον χαλαρωτέρους
 ποιήσῃ τοὺς θεατὰς, μηκέτι τοὺς πλησιάζοντας φανὸς ἐνεργεῖν 10
 προσέταξεν, ἀλλὰ σιγῇ βαθεῖα καὶ λήθη τὰ τοιαῦτα παρακαλυ-
 φθῆναι μακρῶ.

36. Ἄλλοτε δὲ πάλιν, ἵνα σαφεστέρα γένηται ἡ τοῦ ἀν-
 δρός ἀναγωγία καὶ ἀνοία, αὐτοῦ ἐφ' ἕρματος ἵσταμένου καὶ τῆς
 C βαλβίδος μέλλοντος ἐκπηδᾶν (ἐπάτει δὲ βένετος, καὶ πράσινος ὃ 15
 λογοθέτης Κωνσταντῖνος, ὃ πατρικίου Θωμᾶ καὶ γεγονότος λογο-
 θέτου τοῦ δρόμου πατήρ, λευκὸς δὲ ὃ Χειλᾶς καὶ ῥούσιος ὃ Κρα-
 σᾶς· οὐκ ἦν δὲ οὐδὲ τῶ πρωτοασηκρήτις σχολάζειν, ὥσπερ οὐδὲ
 τῷ πρωτονοταρίῳ τοῦ δρόμου, ἀλλ' ὃ μὲν ἦν κομβινογράφος τῶν
 βενέτων, ὃ δὲ τῶν πρασίνων) — αὐτῶν οὖν ἐφ' ἕρματος ἵσταμένων 20
 μετὰ καὶ τῆς ἡνιοχικῆς στολῆς, καὶ ἐπαγγελίας φθασάσης ὅτι δει-
 νῶς ὃ Ἄμερ κατατρέχει τε καὶ κατασύρει τὸ Θρακήσιον καὶ τοῖς
 Μαλυγίνοις πλησιάζει καὶ προσδοκῶνται ὅσον οὐδέπω δεινά, καὶ

accingeret, iamque equestris certaminis signum datum esset, quoniam
 ad vesperam Phari laterna, Papiæ accendente, hostes ingruere indicave-
 rat, in tantas angustias metumque abreptus est (nempe veritus ne sua
 illa aurigatio auditione ea percussos spectatores non satis attentos habe-
 ret) in quantas vix alius in vitae ipso periculo constitutus, quique dili-
 gentem potius operam iisdem hostibus propulsandis adhiberet. sic ni-
 mirum ille spectaculis indulgebat, nec eum eius rei pudebat. idcirco, ne
 quem illius certaminibus deesse contingeret, neve aliud quid tristis nun-
 tii ea ignium indicatione languidiores spectatores redderet, e vicinis urbi
 speculis ignes accendi deinceps vetuit, altoque silentio ac longa obli-
 vione talia aboleri praecepit.

36. Rursus alias (quo viri dissolutus animus ac vecordia clarius
 innotescat) cum in curru staret iamque equi carceribus emittendi essent
 (incedebat ipse Veneto habitu, Prasino logotheta Constantinus, Thomae
 pater dromi logothetae, albo Cheilas, ruseo Crasas: at neque protoase-
 cretis neque protonotario dromi a Circi rebus vacabat, sed alter factio-
 nis Venetae combinationum, alter Prasinae scriba erat) — his itaque in
 curru, solenni equestribus ludis stola stantibus, allatoque nuntio Amerem
 graviter Thracensium regionem populari ac diripere iamque ad Malagina
 prope accedere, ac mala imminere: eaque re maesto animo deiectoque

ἐπὶ τούτῳ στυγνάζαντος μὲν τοῦ πρωτονοταρίου, ἀπαγγείλαντος δὲ D
μετὰ κατηφείας τῆς ἐκ τοῦ δομestίκου τῶν σχολῶν ἀπόκρισιν καὶ
ἅμα ἐπὶ χεῖρας τὰ γράμματα φέροντός τε καὶ δεικνύοντος, “τίνι”
φησὶν, “ὦ οὗτος, τόλμη χρησάμενος τοιαῦτα κατὰ τὸν ἀναγκαῖον
5 τοῦτον ἀγῶνά μοι διαλέγειν ἐπιχειρεῖς, τοῦτο μόνον σπουδάζοντι,
εἰ μὴ τὸν μέσον ἐθώνυμον ἰδεῖν παρατετραμμένον; ὑπὲρ οὗ μοι
πᾶς ὁ ἀγών.”

37. Καὶ οὐχὶ μὲν τούτῳ τῷ πόθῳ, ἢ εἰ βούλει γε, πάθει
ἠλίσκετο, ἐτέρων δὲ ἀπρεπεστέρων ἐκτὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ μέτριον ἦθος
10 ἀμέτρως καταδικῶν ἐξέπιπτε τοῦ πρέποντος καὶ τῆς βασιλικῆς P 124
τιμῆς τὰ μάλιστα. καὶ ποτε γυναῖκα, ἧς τὸν παῖδα υἰοθετησά-
μενος ἦν, κατὰ τὴν ὁδὸν συντυχῶν ἐκ βυλανείου μὲν ἐρχομένη
τὴν ἑαυτῆς δὲ κάλπιν ἐπὶ χεῖρας ἐχούση, ἐκ τοῦ ἵππου ἀπορριφεῖς
τοὺς μὲν ἄλλους ὅσοι ἐκ τῆς συγκλήτου τούτῳ ἐπηκολούθουν κατὰ
15 τὰ ἐκεῖσε ὄντα ἀνάκτορα ἐξαπέστειλεν, ἀκόλαστα δὲ τινα καὶ μυ-
στικὰ ἀνδράρια ἐταιρισάμενος ἀπήει μετὰ τῆς γυναικός, τὴν κάλ-
πιν τῶν ἐκείνης χειρῶν ἀναλαβῶν, καὶ “ἄγε δὴ, ὦ γύναι, θαρροῦ-
σα” ἐπέλεξεν “ἐμὲ κατὰ τὸ οἶκημά σου ἀπόδεξαι, ψωμοῦ πιτυρώ-
δους ἔφεισιν ἔχοντα καὶ ἀσβεστοτύρου.” δεῖ γὰρ τὴν ἐκείνου λέξιν B
20 εἰπεῖν. ἐπεὶ δὲ τῷ ξένῳ τοῦ θεάματος ἡ γυνὴ ἦν ἐνεὸς καὶ πάντων
ἠπόρει, μήτε μὴν τράπεζαν μήτε τὰ ταύτης στολλίζοντα ἔχουσα, ὁ
Μιχαὴλ θᾶττον ἢ λόγος εἶχε στραφεῖς, τὸ δὲ ἔφερε σάβανον ἐκ

13 δὴ P

21 ταύτην?

valta protonotario domestici scholarum responsum nuntiante, acceptas-
que ab eo literas in manibus habente ac ostendente, “qua” inquit “heus
tu, audacia me tam necessario certamine occupatam istis de rebus inter-
pellas, cum in hoc unum incumbam, ut eum qui medium tenet in laevam
partem avertam? de quo mihi totum hoc certamen est.”

37. Nequo vero hoc duntaxat desiderio aut (si mavis) libidine per-
ditoque amore laborans, ab aliis turpioribus immunis vitiis erat: sed
praeterea dum modestiam citra modum sectatur, a decoro quam maxime
excidit, eaque gravitate quae imperatorem condeceat. obviam quando-
que mulierculam habuit, cuius e sacro fonte filium susceperat, e balneo
redeuntem, ac quae manibus situlam gestaret. tum equo desiliens alios
senatorii ordinis viros, qui ipsum comitabantur, haud procul in palatium
abire iubet: ipse cum impuris libidinosisque, quos sibi asciverat, ex vulgi
faece hominibus, mulierculam secutus, ablataque ei e manibus situla,
“bono animo sis” inquit, “o mulier, meque tua domo accipe, furfuracei
panis recentisque casei” (ἀσβεστοτύρου, praestat enim ipsam eius vocem
ponere) “appetentiosem.” cum autem mulier inaudita spectaculi novitate
stuperet, omnique egestate premeretur, ac ne mensam quidem haberet
aut lintea quibus illi sterneret, Michael dicto citius, asperiosem pannum

τοῦ βαλανείου ἔτι διάβροχον ὄν λαβίων, ἀντὶ λεπτιῆς ὀφθόνης, ἣ τῆ
 τραπέζῃ ἐπίκειται, χρησάμενος, καὶ τὴν κλεῖδα τῆς γυναικὸς ἀφε-
 λῶν αὐτὸς ἦν τὰ πάντα, βασιλεύς, τραπεζοποιός, μάγειρος, δαι-
 τυμῶν. ἐκβαλὼν δὲ τὰ ἃ εἶχεν τῆς πενιχροῦς ἐκείνης ἢ κιβωτός,
 C εἰστιᾶτο ταύτῃ καὶ συνεδείπνει, τὴν μίμησιν πρὸς τὸν ἐμὸν ἀνα- 5
 φέρων Χριστὸν καὶ Θεόν. καὶ κεῖθεν βάδην αὐθις ἀπῆει πρὸς τὰ
 ἀνάκτορα, πολλῆς εὐηθείας καὶ ἀλαζονείας καὶ τύφου καταγινώ-
 σκων τῶν πρὸ τοῦ βασιλέων· οὗ ἐκεῖνοι λήρου εἰ ἤκουσαν, “ἀλλ’
 οὐκ ἄλλως τρυφῶντα καὶ παίζοντα ταῦτα” ἔφησαν “ἐχρῆν σε ποι-
 εῖν καὶ τὸν ἡμέτερον τύφον καταγινώσκειν, ἀλλὰ προπολεμοῦντα 10
 καὶ τῶν ἀναγκαίων σπανίζοντα καὶ τοῖς στρατιώταις σύνδειπνον
 ὄντα καὶ ἐραστήν, ἀλλ’ οὐ γυναικῶν καπηλίδων καὶ μοχθηρῶν.”
 ταῦτ’ οὖν ἅπαντα μισητόν τε ἐποίει τὸν Μιχαήλ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ
 D ἐκίνει δικαιοσύνην ὀργήν.

38. [Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ἣ τῶν ὧν εἶχε μεθ’ ἑαυτοῦ 15
 φρατρία, Σατυροὶ τινες οὗτοι καὶ πρὸς πᾶσαν αἰσχουρογίαν ἀκό-
 λαστοι· εἶπεν ἂν τις αὐτοὺς θιασώτας εἶναι Διονύσου καλῶς. οὗς
 ἐκεῖνος διὰ τιμῆς ἄγων τε καὶ αἰδοῦς, τῶν θείων κατολιγωρῶν,
 ἱερατικὰς στολὰς χρυσοῦφάντους τε ἐπετίθει καὶ ὠμοφόρια, καὶ
 ἄλλως ἠνάγκαζεν ἀσχημόνως τε καὶ ἀνάγνως τελεῖν τὰ ἄγνά, καὶ 20
 πατριάρχην τὸν ἔξαρχον τούτων ἐκάλει, οὕτω Γρύλον καλούμενον,
 τοὺς δὲ λοιποὺς ἕνδεκα μητροπολίτας τῶν ἐξαιρέτων θρόνων τε

ex balnei usu detergendis siccandisque corporibus, madentem adhuc inde
 a muliercula allatum accipiens, mappae loco linteique subtilioris pro men-
 sae usu sternit, ereptaque mulieri clave unus omnia fit, imperatorisque
 et mensam instruentis coquique et convivae munus obit. productisque
 quae pauperculae mulieris penus erant, cum ea epulabatur ac concena-
 bat, Christum meum ac deum bello eo facinore referens atque imitans.
 peracto convivio, lento pede in palatium redit, magnae stoliditatis et
 arrogantiae fastusque damnans superiores imperatores; cuius illi nugas
 si audivissent, utique dicturi essent “at non temere deliciis diffluentem
 atque ludentem haec te oportuit facere, fastumque nostrum damnare,
 sed cum prior belli labores desudares, parcoque victu militum amans
 cum eis lubens, non cum copis malisque ac impuris mulierculis concena-
 res.” haec itaque omnia exosum reddebant Michaellem, dei que in illum
 iustissimam iram provocabant.

38. Quodque his gravius, quod secum habebat sodalium (Satyri
 quidam ii erant, ganeones in omnem turpitudinem parati; dixisses Bac-
 chi thiasotas), his ille honorem habens eosque colens, divinorum con-
 temptu sacerdotales auro contextas vestes ac pontificum humeralia eis
 adhibebat, ad haecque turpiter ac impure, quae pura sunt, eos peragere
 cogebat. eius chori principem, sic nuncupatum Grylum, patriarcham vo-
 cabat; reliquos undecim praecipuarum illustriumque sedium metropolitae;

καὶ λαμπρῶν, οἷς εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἔκοιτῶναι, οὐδὲ βασιλεύειν ἤξιον· P 125
 ὄθεν ὁ Κωλωνίας οὗτος ἐλέγεται τε καὶ ἰνομάζεται· πρόεδρος.
 ἐπεὶ δὲ καὶ ἄδειν ἔχρησεν αὐτοῦς καὶ τελεῖν τὰ μυστήρια, τὰς μὲν
 ψῆδὰς ἐξεπλήρουν διὰ κιθάρας, νῦν μὲν ἠρέμα πως οὕτω καὶ λευ-
 5 ρῶς ἐπηχοῦντες, τὰ μυστικὰ μιμούμενοι, νῦν δὲ ἀνέτω φορᾶ καὶ
 διαπρυσίῳ, τὰς ἐκφωνήσεις δῆθεν τῶν ἱερέων. | καὶ σκευὴ δὲ διώ-
 χρυσα καὶ ἐκ μαργάρων συγκείμενα ὄξους τε καὶ σινήπιως ἐκπλη-
 ροῦντες τοῖς οἷς ἐβούλοντο μεταλαμβάνειν ἰδίδοσαν, τῶν ἀχράντων
 οὕτω καταπαλζοντες μυστηρίων. οὗτος οὖν ὁ Γρύλος καὶ ὄνω
 10 ἐπωχεῖτο τὰς δημοσίας προόδους τελαῶν, καὶ τὸν τοιοῦτον θίασον B
 συνεπόμενον ἔχων ἠγύλλετο. καὶ ποτε συνέβη συντυχεῖν Ἰγνατίῳ
 τῷ μακαρίτῃ πατριάρχῃ κατὰ πρόοδον τῇ ἐκκλησιαστικῇ λιτῇ μετὰ
 τοῦ ἱερατικοῦ κλήρου ἐφεπομένῳ. ὥς οὖν εἶδεν αὐτὸν ὁ Γρύλος,
 ἄσμενος τοῦ πράγματος ἐλόμενος ἐξῆρχέ τε τῶν κρουμάτων, καὶ
 15 τὸν φιλόνην ἀναστειλάς μετὰ τῶν αὐτοῦ συμμυστῶν εὐτονωτέρας
 τε ἔκρουε τὰς κιθάρας καὶ τοὺς εὐαγεῖς ἐκείνους λοιδορίαις καὶ αἰ-
 σχίστοις ἔβαλλε ῥήμασι. (39) καὶ Θεοδώραν δὲ τὴν ἑαυτοῦ μη-
 τέρα εἰτι ζῶσαν καὶ τοῖς ἀνακτόροις διαιωμένην μετεκαλέσατό ποτε
 εὐλογηθησομένην παρ' αὐτοῦ, πλασάμενος τοῦτον εἶναι τὸν μακα-
 20 ρίτην Ἰγνατίον. ὥς οὖν ἐξῆι μετ' εὐλαβείας καὶ αἰδοῦς ἢ ἱερῶ- C
 τάτη γονῇ, ἔρρηξεν εἰς τοῦδαφος ἑαυτὴν ἐξαιτουμένη εὐχὴν (καὶ
 γὰρ ἐλάνθανε τέως, τὴν γυνειάδα κρύπτων κατὰ τὸ πρόχειρον),

21 γονὴ καὶ ἱερῶν?

que Caesar ex more ad imperatoris tentorium venit, etsi mala omnia auguriaque illi ante visa erant, de praesentibus negotiis consilium cum eo habiturus. opportunum vero illud tempus ad eius caedem ratus imperator, nutu Symbatio patricio cursus logothetae, qui Caesaris filiam sibi matrimonio iunxerat ac coniurationis cum imperatore socius erat, indicat ut exiens sicarios inducat. egressus ille signum dat, quod inter illos erat constitutum, ut nempe signo crucis frontem consignaret. dato signo, molliore forsitan animo viros pavor incesserat, inque ipso sceleris articulo ob facinoris immanitatem vertigine correpti moras nectebant. hinc imperator consilii inops penitus haesitare; audiensque ex quodam sacri cubiculi ministrorum coniuratos animis consternatos ac formidolosos aggressionem differre (mentis sane sensusque generosi audacisque facinus!) ex cubiculi intimis domesticum quendam fidumque ad Basilium patricium et accubitorem mittit, metuque actus denuntiat "necitius iis qui ad rem patrandam parati sunt animos addideris, utque statim manum operi admoveant eos impuleris, nam confestim novi ab eo me necatum iri. neque enim fieri potest ut ille non noverit quas in eum insidias struxi; vosque potius meae necis auctores videbimini esse ac sicarii." his auditis Basilium, anxiusque ne quid mali imperatori

τι πάθοι ἐν ἀγωνίᾳ γεγονώς, θάττον θαρραλέους ἐποίησε τοὺς δει-
 λούς καὶ τοὺς τρέμοντας εὐθαρσεῖς, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως αὐτοῦς
 ὑπηρετήσασθαι βουλῇ διηρέθισεν. ὧν ὡσπερ μένους πλησθέντων
 καὶ ἀθρόως εἰσπηδησάντων εἰς τὴν βασιλέως σκηνήν, ὁ Καῖσαρ,
 ὅπερ ἦν, ἐπ' αὐτὸν δόξας εἶναι τὴν συνδρομήν, ἀναπηδήσας τοῖς 5
 τοῦ βασιλέως περιεπλάκη ποσίν. ὃν ἐκείθεν ἐλκύσαντες οἱ αὐτό-
 D χεῖρες πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ βασιλέως ἀπέσφαξαν. πρώτην εἶχε
 μετ' εἰκάδα ὁ μὴν ὁ Ἀπρίλλιος, τῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης ἐπινεμή-
 σεως. εὐθὺς οὖν ἡ στρατεία τῷ βασιλεῖ καταλύεται, καὶ πρὸς τὴν
 βασιλεύουσαν ἐπανέρχεται. 10

18. Τῆς δὲ προνοίας ἀγούσης τὸν Βασιλεῖον εὐμηχάνως
 πρὸς ὅπερ ἐβούλετο, εὐθέως μετὰ τὴν ἐκ τῆς στρατείας ὑποστρο-
 φὴν νίοποιεῖται τοῦτον ὁ βασιλεύς (ἐτύγγανε γὰρ καθάπαξ οἰκείας
 γονῆς ἀμοιρῶν) καὶ τῆς τῶν μαγίστρων ὑπερλάμπρου τιμῆς ἀξιοῖ.
 ἐφ' ὧν τῇ βασκανίᾳ διαρρηγνύμενος ὁ λογοθέτης Συμβάτιος, καὶ 15
 μὴ δυνάμενος τὸν φθονούμενον καθορᾶν οὐκ ὀλίγην ἐπίδοσιν καθ'
 P 149 ἐκάστην λαμβάνοντα, παραιτεῖται μὲν τὴν προσοῦσαν αὐτῷ μέχρι
 τότε διακονίαν, ὡς μὴ δυνάμενος κατὰ τὴν βασιλεύουσαν ζῆν, τῆς
 δὲ τῶν Ἰώνων ἦτοι Θρακησίων στρατηγίας αἰτεῖ τὴν ἀρχήν. οὗ
 τὴν αἴτησιν ὁ βασιλεὺς ἐκπληρῶν προβάλλεται τοῦ εἰρημένου θέμα- 20
 τος στρατηγόν. ὀλίγου δὲ διεληθόντος καιροῦ, καὶ τῶν πραγμάτων
 ἐπισφαλῶς σαλευόντων καὶ τῆς ἀρχῆς κραδαινομένης καὶ ζητούσης
 τὸν προστησόμενον διὰ τὸ τὸν βασιλέα πρὸς ἄλλοις μᾶλλον εἶναι ἢ

1 πάθη A
 γνύμενος P

8 ὁ post μὴν om A
 19 Ἰωάννην A, i. e. Ianninorum.

12 τῆς om P

15 ῥη-

accideret, quam citissime pavidos audaces facit, terrore percussos fiducia erigit, et ut imperatoris decreto asserviant impellit. velut itaque animis pleni, in imperatoris tentorium irrumpunt. Caesar, id quod erat advertens, in se sui que tollendi gratia fieri concursum, resiliens ad imperatoris pedes provolvitur. quem inde extractum sicarii ante illius pedes iugularunt, mensis Aprilis die vigesima prima (id est a. d. 11. kal. Maias), 14 indict. statimque dimisso exercitu imperator Cpolim revertitur.

18. Verum providentia solerti Basilium ferente consilio, quo illi collibitum erat, illico reversus imperator ab illa expeditione Basilium in filium adoptat, quod ipse nullos prorsus liberos susceperat, et magistrorum praefulgente dignitate condecorat. his Symbatius logotheta invidia rumpitur; nec ferens videre, in quem sic livore exarserat, incrementis ingentibus in dies augescere, munere, quo hactenus functus fuerat, se ipse abdicat, quasi in urbe regia vivere non posset; Ionumque (id est Thracesium) praefecturam, et ut illis dux praeficiatur, deprecatur. imperator votis annuens eius quod dicebam thematis ducem praeficit. parvo elapso tempore, cum res periculi salo iactarentur imperiumque nutaret ac praesidem curatoremque quaereret, quod imperator aliis potius rebus

πράγμασιν εἰς δέον εἶδέναι χρῆσθαι, πρότερον δὲ τὰ πολλὰ λαν-
 θάνειν διὰ τὸ τὸν κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς Καίσαρα αἰεὶ τὰ κατεπείγοντα
 διοικεῖν καὶ αὐτῷ σχεδὸν ἀνακειῖσθαι τὰ πράγματα καὶ τὴν μέρι- B
 μναν πᾶσαν τῆς κοσμικῆς διοικήσεως, ἐγίνοντο καταβοήσεις τε καὶ
 5 διαγογγυσμοὶ κατὰ τοῦ βασιλέως παρὰ τε τῆς συγκλήτου βουλῆς
 καὶ τοῦ πολιτεύματος καὶ παρὰ πάντων σχεδὸν τῶν ὄντων ἐπὶ τῶν
 διοικήσεων καὶ μεταχειριζομένων τὰ πράγματα, ἔτι δὲ καὶ παρὰ
 τῶν στρατευμάτων καὶ παντὸς τοῦ πλήθους τοῦ ἀστικοῦ· ἃ διὰ
 τῶν οἰκειοτάτων ὁ βασιλεὺς γνούς, καὶ μόλις οἶον ἐπὶ βραχὺ ἀνα-
 10 νήσας, καὶ ἐπιγνοὺς τὴν οἰκείαν περὶ τὰ κοινὰ οὐ μόνον ἀμέλειαν
 καὶ ῥαθυμίαν ἀλλὰ καὶ ἀνεπιτηδειότητα καὶ ἀφέλειαν, καὶ ἐπανά-
 στασιν ἢ ἀπόστασιν παρὰ τοῦ πλήθους εὐλαβηθεὶς, ἔγνω κοινωνὸν C
 τῶν πραγμάτων προσλαβέσθαι καὶ τῆς ἀρχῆς· καὶ ἐπέπερ πρὸ
 ὀλίγου νίοποιησάμενος ἦν τὸν Βασίλειον, ἧδε δὲ αὐτὸν οὐ μόνον
 15 ἀνδρία ἀλλὰ καὶ συνέσει τῶν πολλῶν διαφέροντα καὶ ἰκανὸν ἀνα-
 πληροῦν αὐτοῦ τὸ ἐν τῇ κυβερνήσει τοῦ κοσμικοῦ σκάφους ὑστέρη-
 μα, ἅμα καὶ τῆς θείας ἐναγούσης εἰς τοῦτο προνοίας αὐτόν, βε-
 βαιοῖ πρὸς τοῦτο τὴν γνώμην αὐτοῦ ὥστε Βασίλειον βασιλέα . . .
 καὶ δὴ θεοῦ συνεφαπτομένου τῆς βουλῆς καὶ τοῦ πράγματος, κατ'
 20 αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, ἐν ἧ τῷ πατρὸς ὁ
 παράκλητος πρὸς τοὺς τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν ἐφοίτησε μα- D
 θητάς, ἐν τῷ περιβλέπτῳ καὶ ἐπωνύμῳ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας ναῶ

7 μετεχειριζομένων P
 18 βασιλέα . . . om A

καὶ et 8 τῶν om P
 20 ἁγίας om P

13 τῆς om P

animum adverteret quam ut ex officii ratione rem publicam gereret (et
 ante quidem non ita plerisque patebat, quod imperii collega Caesar
 argentia quaeque administrabat, inque eum tota fere rerum moles omnis-
 que Romani orbis administrandi cura incumbere), adversus imperatorem
 expostulationes et querimoniae moveri, tum a senatu civiumque proceri-
 bus, tum fere ab omnibus quibus munera rerumque gerendarum cura
 commissa erat, nec non ab exercitibus urbanaque omni multitudine; de
 quibus per necessarios intimosque certior factus, vix tandem aliquan-
 tisper emergens suamque agnoscens procuranda re publica non modo ne-
 gligentiam ac segnitiam, verum etiam ineptitudinem ac vecordiam, ti-
 mensque ne multitudo concitata turbas cieret aut rebellaret, statuit rerum
 gerendarum adiutorem et imperii collegam sibi adhibere. quodque ante
 non multos dies Basilium adoptaverat, eumque non solum viribus sed et
 prudentia mentisque sagacitate reliquis vulgo praestare noverat, satisque
 idoneum ad supplendum quod ipsi in gubernanda orbis scapha industriae
 atque operae deerat, una quoque divina providentia rem promovente, in
 hoc animum consilio obfirmat, omninoque decernit ut Basilium imperato-
 rem constituat. ac sane deo consilium prosequente reique adiutore, die
 ipsa pentecostes, qua patris ille paracletus in Christi deique nostri disci-

τὸν βασιλειον ὁ Βασίλειος περιτίθεται στέφανον, χειρὶ μὲν τοῦ τότε Μιχαὴλ βασιλεύοντος, ψήφῳ δὲ καὶ κρίσει Χριστοῦ τοῦ αἰὲ βασιλεύοντος. ἔκτην πρὸς ταῖς εἴκοσιν εἶχεν ὁ Μαῖτος μῆν, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης κατὰ Ῥωμαίους ἐπινεμήσεως.

19. Μαθὼν δὲ τὸ γεγονός ὁ Συμβάτιος κατὰ τὴν ἀπονε- 5
μηθεῖσαν αὐτῷ στρατηγίδα διάγων, οὐκ ἠδυνήθη τὸν διατήκοντα φθόνον αὐτῷ ἀνθρωπίνως ὑπενεγκεῖν, ἀλλὰ συναπομανέντα σχῶν καὶ Πηγάνην ἐκεῖνον τὸν πατρίκιον, ὃς τῆς κατὰ τὸ Ὀψίχιον ἡγεῖτο
P 150 στρατηγίδος, εἰς ἀπόστασιν βλέπουσι, καὶ μοῦλλον ἕξ ἀπονοίας ἔγνωσαν συνιστᾶν. ἀναπέσαντες δὲ καὶ τὰ ὑπ' αὐτοὺς στρατεύ- 10
ματα εἰς ἔργον ἐξάγουσι τὰ βουλευόμενα, εὐφημοῦντες μὲν τὸν Μιχαὴλ ὡς βασιλέα διὰ τὸ ἐκ τούτου τὰ πλήθη ἐπάγεσθαι καὶ μὴ δοκεῖν πτέρναν ἀποστασίας αἶρειν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος, δυσφημοῦντες δὲ τὸν Βασίλειον καὶ μυρίαις πλύνοντες ὕβρεσι. φρουράζαμενοι δὲ ταῖς τοιαύταις ἀπονοίαις κατὰ τὸν τοῦ θέρους 15
καιρὸν, καὶ πολλοὺς ἄγρους τῶν κατὰ τὴν βασιλίδα δυνατῶν πυρπολήσαντες, καὶ ναῦς οὐκ ὀλίγας τῶν πρὸς τὴν βασιλεύουσαν
B ποιουμένων τὸν πλοῦν ἐν τοῖς ὄρμοις κατασχόντες καὶ κατακαύσαντες, ὡς ἔφθασεν ὁ χειμῶν, διαλύονται, διαδιδρασκόντων λάθρα καὶ κατ' ὀλίγους τῶν κοινωνῶν τοῦ τολμήματος. ὁ συνιδόν- 20
τες οἱ τοῦ δράματος ἀρχηγοὶ φυγῇ τὴν σωτηρίαν λαβεῖν ἐπειράθησαν. καὶ ὁ μὲν Συμβάτιος εἰς τὸ τῆς Πλατείας λεγομένης πέτρας φρούριον ὑπεισέρχεται, ὁ δὲ Πηγάνης κατέχει τὸ Κοτυάειον.

8 τῆς om P
λεύματα om P

10 αὐτοῦ A

11 εἰς ἔργον ἐξάγουσι τὰ βου-

pulos venit, in celebri et a dei sapientia nuncupato templo Basilus regio diademate coronatur, manu quidem tunc imperantis Michaelis, calculo vero et iudicio Christi in perpetuum regis, a. d. 7 kal. Iunii, indicatione secundum Romanos 14.

19. Ubi audivit Symbatius pro muneris ratione in provincia agens, invidiam qua contabescebat humane ferre non potuit; sed pari secum furore concitum habens Peganem patricium, qui Opsicii praefectus erat, ad defectionem attendunt animum tumultumque excitare parum caute constituunt. itaque in sententiam adductis ordinibus, quos obnoxios habebant, exsequuntur consilia: Michaelem acclamant ut imperatorem, quo scilicet inde multitudinem allicerent nec rebellionis calcaneum adversus imperatorem se levare ostenderent, Basilium vero maledictis impetunt omni que verborum procacitate lacerant ac conviciis compluunt. talique apparatu stulte admodum frementes messis tempore irrumpunt, multosque procerum agros urbi vicinos igni ferroque vastant, nec paucas naves Cpolim navigantium in stationibus deprehensas succendunt. hieme autem appetente dirimuntur, clam ac viritim sceleris sociis aufugientibus. quare tragoediae auctores salutis fuga consulere conati sunt. ac Symbatius quidem in castellum subit, quod Latas Petras vocant, Peganes vero Co-

ἀλλ' εἰς οὐδὲν τῆς τοιαύτης ἐπινοίας ἀπώναντο· ὑπὸ γὰρ τῆς τοῦ βασιλέως ληφθέντες χειρὸς δέσμιοι πρὸς αὐτὸν ἀναφέρονται. καταλαμβάνουσι δὲ τοῦτον ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου Μάμαντος παλατίοις διάγοντα· οὓς ἰδὼν, καὶ πολλὰ τῆς ἀπονοίας καὶ ἀταξίας ὄνειδίσας C
 5 τε καὶ λοιδορησάμενος, καὶ διὰ μαστίγων πρότερον ἐπεξελθῶν ἱκανῶν, ὕστερον ἐκδότους ταῖς τοῦ νόμου ποιναῖς ἐποιήσατο. καὶ ὁ μὲν Συμβάτιος ἀμφοτέρων τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς μιᾶς χειρὸς στερηθεὶς εἰς ἔξορίαν ἐκπέμπεται, ὁ δὲ Πηγάνης καὶ αὐτὸς τῆ τῶν ὀφθαλμῶν ὑποπεσῶν ἐκκοπῇ καὶ τῆ τῶν ῥινῶν διὰ ξίφους
 10 ἀνατομῇ, πρὸς ἔξορίαν καὶ αὐτὸς ἀποστέλλεται· οὓς ὁ γενναῖος βασιλεὺς Βασίλειος, ὅτε τὴν μόναρχον ἐξουσίαν ἐδέξατο, καὶ τῆς ὑπερορίας ἀνεκαλέσατο καὶ ταῖς πρὸ τῆς ἀποστασίας δωρεαῖς ἐφιλοτιμήσατο, καὶ μηδὲ ἔχνος μνησικακίας πρὸς αὐτοὺς ἐνδειξάμενος D
 καὶ ὁμοδιαίτους πολλάκις ἐποιεῖτο καὶ λόγοις παρεμυθεῖτο, καὶ
 15 ἔργοις εὐεργετῶν ῥῆον αὐτοὺς ἐποίει φέρειν τὸ τῆς ἀνοίας ἀτύχημα.

Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον· τότε δὲ καὶ ἡ πρὸ πεντήκοντα καὶ τριακοσίων ἐτῶν πρόρρησις καὶ προφητεία τὸ τέλος ἐλάμβανεν Ἰσαὰκ τοῦ διορατικωτάτου τῶν ἱερέων καὶ μοναχῶν, ὃς ἐξ Ἀρσα-
 20 κιδῶν καὶ αὐτὸς καταγόμενος δι' ὄραματος ἔμαθεν ὅτι μετὰ τοσοῦτον χρόνον τὸν μεταξὺ ἐκ τῶν ἀπογόνων Ἀρσάκου μέλλει τις ἐπὶ τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας σκῆπτρα ἀναβιβάζεσθαι. γίνεται δὲ

1 κατόναντο P

11 μονάρχην P

3 διάγοντα om P

καὶ om P

8 καὶ om P

21 τῶν om P

tyaium occupat. nihil tamen eo commento commodi consequuntur. capti enim ab imperatoris milite vineti ad eum adducuntur. agebat tunc imperator in S. Mamantis regniis aedibus; vidensque, multum vecordiam et temeritatem ac contumaciam non sine convicio exprobrans, prius verberibus affatim caesos, demum lege agens supplicio damnavit. ac Symbatius quidem utroque oculo effosso atque una manuum amputata in exilium mittitur: Peganes vero ipse quoque oculis spoliatus, naribusque ferro amputatis, relegatur. quanquam hos ipsos generosi pectoris imperator Basilius, postquam solus rerum potitus est, ab exilio revocavit, pristinaque omnia munera, quibus ante rebellionem gaudebant, liberaliter indulisit, ac ne vestigium quidem odii ostendens pro veteris iniuriae memoria saepius ad mensam secum adhibebat verbisque solabatur, ac beneficiis largus, cuius sibi per dementiam auctores exstiterant, infortunium levabat ac miseriam.

Verum haec postea. tunc vero etiam finem accepit quae ante annos trecentos et quinquaginta vaticinatio oraculumque praecesserat, Isaaci, viri inter sacerdotes atque monachos dono praenoscenti futura praecellentissimi. trahebat is quoque ex Arscidarum gente originem, divinaque visione didicerat tot annorum decurso spatio fore ex Arsacis posteris, qui Romani imperii sceptrum capesseret. res ex omnium voto suc-

κατ' εὐχὴν τὸ πρᾶγμα τοῖς τε ἐν τέλει καὶ τῷ δήμῳ παντὶ καὶ
 P 151 στρατοπέδῳ καὶ στρατηγοῖς καὶ τοῖς ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ἀνὰ πάσαις
 ταῖς χώραις καὶ πόλεσιν ἅπασι πλήθει· πάντες γὰρ ἐπιστῆναι τοῖς
 πράγμασιν ἤρχοντο ἄνδρα καὶ τῆς ἐλάττονος τύχης πείραν δεξάμενον
 καὶ ἐγνωκότα τοὺς κατὰ τῶν πενήτων ὑπὸ τῶν ὑπερεχόντων κονδυλι- 5
 σμοὺς καὶ τὰς ἀδίκους ἐξ αὐτῶν ἀφαιρέσεις καὶ τὰς ὥσπερ ἀνα-
 στάσεις τῶν ταπεινοτέρων καὶ τοὺς παρὰ τῶν δημοφύλων ἀνδραπο-
 δισμούς, ἃ πάντα ἐπὶ τῆς τοῦ Μιχαὴλ βασιλείας ἔσχε καιρὸν διὰ
 τὸ πρὸς ἄλλοις μᾶλλον εἶναι τὸν βασιλέα ἢ περὶ τῶν τοιούτων ἐθέ-
 λειν σκοπεῖν. 10

B 20. Μᾶλλον δέ, ἐπεὶ ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἐγενόμην, οἴο-
 μαι δεῖν τὴν μὲν κατὰ τὸν βασιλέα Βασίλειον ἱστορίαν σχολάσαι
 ἐπὶ μικρὸν, ἄνωθεν δὲ ἀναλαβόντα δηλῶσαι διὰ βραχέων, ὡς
 οἶόν τε, οἷος ἦν ὁ βίος τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ καὶ οἷαις πράγμασιν
 ἔχαιρε καὶ ἐπὶ τίσιν τὸν χρόνον καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ σπουδὴν καὶ 15
 τὰ δημόσια κατανήλισκε χρήματα, ἵν' ἐντεῦθεν εἰδέναι λογιζόμε-
 νος ἔχοι πᾶς ὁ βουλόμενος ὅτι καὶ τὸν Βασίλειον θεία ψῆφος σα-
 φῶς ἦν ἢ ἐπὶ τὸ ἄρχειν καλέσασα (ἀδύνατον γὰρ ἦν ὡς εἶχεν
 C ἔχοντα συστῆναι τὰ πράγματα) καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα αὐτὸς ὁ Μι-
 χαὴλ καθ' ἑαυτοῦ τὰ ξίφη ἠκόνησε καὶ τὰς τῶν ἀνελόντων αὐτὸν 20
 ἐστόμωσε δεξιὰς καὶ εἰς τὴν οἰκείαν σφαγὴν διηρέθισε· τοσοῦτον
 ἑαυτὸν τῶν καθηκόντων ἐξεδιήτησε, καὶ τοσοῦτον πρὸς πᾶσαν

4 ἤρχοντο τοῖς πράγμασιν P

cessit, tum scilicet procerum ac nobilium, tum reliquae omnis plebis ac
 civium, militum quoque ac ductorum exercitus omniumque toto late im-
 perio per provincias urbesque subditorum. omnes enim maxime per-
 optabant virum eiusmodi rebus praefici, qui tenuiorem ipse fortunam
 expertus procerum maiorumque in pauperes iniurias non nesciret ini-
 quasque eorum rapinas, qui denique humiliorum a contribulibus tantum
 non excidia et direptiones plagiaque nosset. quae omnia Michaelis im-
 peratore occasionem tempusque nacta etiam etiamque vim roburque ha-
 buerant, cum ille aliis potius rebus animum attendebat quam ut publicis
 eiusmodi curis operam ac studium poneret.

20. Enimvero cum huc usque devecta mihi oratio sit, operae pre-
 tium esse existimo ut Basilii imperatoris tantisper intermissa historia,
 re altius repetita, quoad fieri poterit, paucis narrem quae Michaelis im-
 peratoris vita fuerit, quibus ille studiis delectaretur, et in quibus omne
 tempus atque operam perderet ac aerarium exhauriret; ut inde repu-
 tans nosse possit, quisquis voluerit, divino palam factum suffragio ut
 Basilius ad imperium vocaretur (fieri enim non poterat ut res, quo erant
 statu, consistenter) ipsumque in se ipsum Michaelis gladios strinxisse,
 atque eorum a quibus necatus est dexteris roborasse et in propriam
 caedem excitasse: sic nimirum ab omni se honesti rectique studio ex-

παράνομον ἔξεβακχεύθη πράξι, καὶ οὕτως τὰ τε θεῖα ἔξωρχήσατο καὶ πρὸς τοὺς τῆς πολιτείας ὁμοῦ καὶ τῆς φύσεως νόμους ἐξύβρισεν. συστησάμενος γὰρ περὶ ἑαυτὸν ἀσελγῶν καὶ μιαρῶν καὶ παμπονήρων ἀνθρώπων χορὸν δυσσεβῆ, καὶ τὴν τοῦ βασιλικοῦ
 5 μεγέθους ἀτιμάσας σεμνότητα, περὶ κώμους καὶ μέθας καὶ ἔρω-
 τας ἀσελγεῖς καὶ αἰσχρὰ διηγήματα, ἔτι δὲ περὶ ἡνιόχους καὶ ἵπ- D
 πους καὶ ἄρματα καὶ τὴν ἐντεῦθεν μανίαν καὶ παρακοπὴν τῶν
 φρενῶν ὁ ἄθλιος διημέρευε, καὶ εἰς τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους
 ἀφειδῶς ἐξεκένου τὰ δημόσια χρήματα. καὶ τὸ δὴ σχετικώτατον,
 10 ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ τῆς πίστεως ἡμῶν σύμβολα χλευάζων καὶ κερτο-
 μῶν, ἀντιτύπους τῶν σεμνῶν ἱερέων ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν μίμων καὶ
 γελοίων καταστησάμενος, μυκτηρισμὸν καὶ χλεύην ἐτίθει ταῦτα
 καὶ γέλωτα. διηγήσομαι δὲ τινὰ ἐξ αὐτῶν, οὐ πολλά, ἵνα ἀπὸ
 τῶν ὀλίγων γνῶτε καὶ τὰ λοιπά.

15 21. Ὅτι μὲν οὖν ἄρματηλάτης καὶ ἡνιόχος ἦν, ἐπὶ τοῦ P 152
 δίφρου τῶν ἵππων μεθ' ἡνιόχου στολῆς κυθεζόμενος καὶ πρὸς
 τοὺς διαύλους τῶν δρόμων τοῖς ἀντιτέχνοις διαμιλλώμενος ἔνδον τε
 τῆς βασιλευσύσης καὶ τῶν βασιλείων καὶ ἔξω κατὰ τὰ ἐν τῷ τοῦ
 μάρτυρος Μάμαντος βασιλικὰ ἐνδαιτήματα, καὶ ὅτι πάμπολλα
 20 χρήματα εἰς ταῦτα ἀνήλισκε, θεωρικῶν γενομένων τῶν στρατιω-
 τικῶν, καὶ ἀπὸ τῶν πολεμικῶν τάξεων εἰς τὰς θυμελικὰς ὀρχήσεις
 καὶ λέσχας ὁ Ῥωμαϊκὸς ἐξεχεῖτο πλοῦτος, καὶ εἰς ἀσελγεῖς καὶ

15 ἐπὶ] ἐκ P

17 τε om P

torrem fecerat, sicque improba omni actione debacchari gloriae ducebat, ac sic divina ludicro habebat ac traducebat; sic denique civiles ac naturae leges violaverat. sibi enim impudicorum et impurorum sceleratissimorumque ganeonum coetum adhibens, regiaeque maiestatis dignitatem indignis modis dehonorens, crapula et ebrietate et impuris amoribus obscenisque narratiunculis, tum etiam aurigis et equis et curribus ac (quae inde est) insania ac dementia vir miserabilis dies insumebat, inque eius generis monstra ac pestes publicas aerarii opes effundebat. quodque sane omnium miserrimum est, ipsa quoque nostrae fidei symbola irridens ac ludificans, ex mimico ac ridiculo suo comitatu constituens qui venerabilium sacerdotum coetus formam referrent, deridenda illa ac ostentui habenda exponebat. pauca ex illis referam, non plura, ut ex paucis cognoscatis et reliqua.

21. Quod is itaque aurigam ageret cursusque ageret, equorum curru aurigae amictu ipse insidens et in cursibus reciprocis cum aemulis decertans, tum intra urbem ipsamque regiam, tum ruri in regiis aedibus quae in S. Mamantis sunt, immensamque pecuniae vim in istis insumeret, ita nimirum ut bellici sumptus in spectaculorum ac ludorum usum converterentur, Romanaeque opes in thymelica tripudia et nugas effun-

παρανόμους βαίχχίας καὶ ἔρωτας ἀσώτους ἀσώτως καὶ ῥύδην ἐξε-
 φοροῦντο οἱ βασιλικοὶ θησαυροί, ὡς πᾶσι γνώριμον καὶ καταφανές
B καθεστὼς παρήσειν μοι δοκῶ· ὅτι δὲ τὰ θεῖα κατέπαιζε, καὶ ἀπὸ
 τῶν συνόντων αὐτῷ μαρῶν καὶ ἀσελγῶν ἀνδρογύνων καὶ πατριάρ-
 χην ἓνα ὠνόμαζε καὶ μητροπολίτας ἐκ τούτων ἀφώρισεν ἕνδεκα ὡς 5
 αὐτοῦ συμπληροῦντος τὸν δώδεκα ἀριθμόν, τοῦτο δὲ διηγῆσομαι.
 τὸν γὰρ ἐναγῆ καὶ μαρώτατον ἐκεῖνον Γροῦλλον τὸ τοῦ πατριάρχου
 ἐπιφημίσας ὄνομα, καὶ ἀρχιερατικῇ τοῦτον χρυσοστίκτω καὶ ὑπερ-
 λάμπρῳ κοσμήσας στολῇ καὶ ὠμοφόριον περιθεῖς, καὶ ἐν τάξει
 μητροπολιτῶν ἑτέρους ἓνα πρὸς τοῖς δέκα, ὡς εἴρηται, ἐκ τοῦ 10
 αὐτοῦ τῶν ὁμογνωμόνων αὐτῷ συνεδρίου σκευάσας, καὶ δωδέκα-
C τον ἑαυτὸν Κολωνείας ὀνομάσας ἀρχιεπίσκοπον, καὶ κιθάραν ἕκα-
 στον ἴσωθεν τῆς ἱερατικῆς στολῆς ἐπιφέρεισθαι δούς, καὶ ταύτας
 κάτωθεν ὑπηχεῖν προστάξας, οὕτω σὺν αὐτοῖς τὴν ἱερὰν δῆθεν
 παύζων καὶ κατορχούμενος ἐπετέλει μυσταγωγίαν καὶ λειτουργίαν, 15
 μετὰ τῶν παμμιάρων ὁ μαρώτατος, μετὰ τῶν βεβήλων ὁ ἐναγῆς.
 καὶ ὅτε μὲν μυστηριώδης δῆθεν εὐχὴ ἐλέγετο, ἤρέμα τὰς κιθάρας
 ἔδει ὑποφωνεῖν· ὅτε δὲ ἱερέως ἐκφώνησιν ἢ λαοῦ ἀμοιβαίαν ἀπό-
 κρισιν ὁ χρόνος ὑπέβαλλεν, ἐπὶ μέγα τὰς κιθάρας τῷ πλήκτρῳ
 κρουόμενας ἔδει ἤχεῖν καὶ ἐξάκουστον αὐτῶν τὴν μελωδίαν καθί- 20
 στασθαι. εἶτα τοῖς σκεύεσι τοῖς ἱεροῖς, ἃ τινα λίθοις τιμίοις καὶ
D μαργάρων κατεκοσμεῖτο φαιδρότησιν, ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ

6 δωδέκατον P δὴ A 7 Γροῦλλον Barberinus, Γροῦλλον AP
 16 παμμιαρώτατος P 19 ὁ χορὸς P

derentur, inque impuras et sceleratas bacchationes lascivosque amores
 thesauri regii prodige affluenterque exportarentur, ut quod omnibus no-
 tum sit ac manifestum, omittendum mihi esse duxi. quod autem res di-
 vinas ludos sibi fecerit, exque impuro obscenoque ac effeminato illi ad-
 haerentium sodalitie patriarcham unum vocaverit, exque illis undecim
 metropolitae designarit, tanquam ipse ad complendum numerum duodeci-
 mus foret, id vero narrabo. profanum ac sceleratissimum Grullum pa-
 triarcham appellans, archieraticaque auro interstincta ac praefulgenti
 veste amiciens, tumque illi omophorium imponens, nec non in ordine
 metropolitae alios undecim, uti dicebam, ex eodem sibi adhaerentium
 sodalitie constituens, ac duodecimum se ipsum coloniae archiepiscopum
 vocitans, praebens singulis citharam, quam sub sacerdotali amictu fer-
 rent, et praecipiens ita tectas pulsare, sic cum illis ludens ac deridens
 traducensque rem sacram peragebat, cum scelestis scelestissimus, cum
 profanis impius. cum secreta precatio recitabatur, sensim ac lene citha-
 ris strepere iniunctum erat: cum vero sacerdotem vocem elevare vel
 chororum respondere tempus poscebat, tum illis graviter plectro pulsatis
 intonare decebat, melodiaque adstantium aures, et ut clare audirentur,
 circumsonare. ad haec sacris vasis, lapidibus pretiosis margaritarumque

κατεσκευασμένοις, ἃ καὶ λειτουργηκῶτα πολλάκις τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ ἐτύγγαζαν, ἐν τούτοις τοίνυν σίνηπι καὶ ὄξος ἐμβυαλόντες οὕτω μετεδίδοσαν τοῖς ὁμοίοις μετὰ πολλοῦ τοῦ μεταξὺ γέλωτος καὶ ῥημάτων αἰσχροῦν καὶ σχημάτων ἁποτροπαίων καὶ βδελυδρῶν. εἶεν.

22. (Τοῦ δὲ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἰγνατίου ποτέ, μετὰ πάσης τῆς περὶ αὐτὸν ἐκκλησιαστικῆς δορυφορίας καὶ τάξεως, λιτανείαις πρόοδον πρὸ τῆς πόλεως ποιουμένου καὶ πρὸς τὴν πορευομένου θείον ναὸν μετὰ τῆς εὐθυίας ἱερᾶς μελωδίας καὶ κατα- P 158
10στάσεως, συνέβη καὶ τὸν δυσσεβῆ καὶ βέβηλον τοῦ βασιλέως πατριάρχην Γρῦλλον, ἱερατικὴν στολὴν ἀμπεχόμενον καὶ ὄνῳ ἐποχούμενον, μετὰ τῶν δυσσεβεστέρων αὐτοῦ μητροπολιτῶν καὶ πάσης αὐτοῦ τῆς σκηνῆς τε καὶ Σατυρικῆς χορείας καὶ τάξεως, ἀκόλουθα τῶν οἰκείων πράξεων θυμικῶς ἐπιτραγωδοῦντας καὶ ἄδον-
15τας ἐξ ἐναντίας χωρεῖν. ὡς δὲ πλησίον ἐγένοντο, τοῖς ὤμοις τοὺς φερόνας μεταωρίσαντες καὶ τὰς κεφαλὰς εὐτονώτερον κρούσαντες, καὶ ῥήματα καὶ ἄσματα πορνικὰ κατὰ τὸν φθόγγον τοῦ μέλους τοῦ ἱεροῦ ἀντεπάδοντες, καὶ Πανικῶς τε καὶ Σατυρικῶς σκιρτῶντες B
καὶ κυμβαλίζοντες, καὶ ὡς ἀντιτέχνους τοὺς ἱερεῖς καὶ τὸν ἀρχιερέα μυσ-
20κτηρίσαντες, τὴν διαβολικὴν χορείαν καὶ πορείαν διήνυσον.) πυθόμενος δὲ ὁ τοῦ θεοῦ ἀρχιερεὺς καὶ μαθὼν οἵτινές εἰσι καὶ παρὰ τίνος καὶ ἐπὶ ποίᾳ προφάσει συνέστησαν, πολλὰ καταστενάξας καὶ

8 λικανίας A

10 τοῦ βασιλέως om P

19 ἱεροῦς A

fulgore intermicantibus, argenteoque et auro conflatis, quibus non raro in sacris mysteriis usus fuerat, sinapi acetumque iniicientes, sic sodales multo cum risu verbisque turpibus et obscenis, spurcissimisque et execrandis gestibus, impertiebant. verum haec sinamus.

22. Cum aliquando sanctissimus patriarcha Ignatius, ecclesiastico omni coetu et ordine stipatus, pias supplicationes in pomerio extra muros obiret, et ad divinum quoddam templum consueta cantica modulando religiosa pompa modestiaque procederet, contigit ut et impius profanusque patriarcha Grullus, sacerdotali stola indutus asinoque vectus, cum metropolitae eius ipsam impietatem maiori impietate superantibus omnique sua scena et Satyrico chore atque ordine, pro suorum operum ratione thymelicorum more nugas tragice exaggerando ac concinendo, adversis frontibus concurreret. cumque prope fuissent, reiectis in humeros sublatisque penulis plectroque graviore pulsatis citharis, verbaque meretricia ac cantiones ad sacrae modulorum cantionis ex adverso cantillantes, Panumque in morem et Satyrorum tripudiantes ac cymbalis perstrepentes, velutque artis aemulos sacerdotes divinumque antistitem naso suspendentes, diabolicam choream iterque peragebant. sciscitatus vero dei praesul, discensque quinam essent et a quo quave de causa conflatus

ἀποκλαυσάμενος τὸν κορυφαῖον τούτων καὶ αἴτιον, καὶ μετὰ δακρύων τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς στῆσαι τὴν τοιαύτην βλασφημίαν καὶ ἔβριν καὶ διασκεδάσαι παρὰ τὸν ἄδην τοὺς δυσσεβεῖς, ἵνα μὴ
 C βεβηλῶνται τὰ ἅγια καὶ τὰ μυστικά καὶ σεπτὰ διασύρῳνται, τῆς προκειμένης ὑμνωδίας ἐχόμενος τὴν πορείαν διήνυεν. 5

23. Ἄλλοτε ποτε ἐπὶ φαυλισμῷ δῆθεν τοῦ ἀοιδίμου τούτου Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου καὶ τῆς οἰκείας μητρὸς ἐμπαιγμῷ ὁ ἀνόητος καὶ παραπλήξ βασιλεὺς τοιοῦτόν τι ἐδραματούργησεν. ἐν τῷ ὑπερλάμπρῳ Χρυσοτρικλίνῳ ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου προκαθ-
 εσθεῖς, καὶ τὸν αἰσχρότατον Γρῦλλον μετὰ τῶν ἀρχιερατικῶν 10 ἐνδυμάτων ὡς εἰς ὄνομα τοῦ ἀληθῶς πατριάρχου πλησιαίτατα ἑαυτοῦ παρακαθιστάμενος, καὶ τὴν ἀρχιερεῖ Θεοῦ πρέπουσαν ἀπονέμων τιμὴν, καὶ μετὰ τοῦ τῆς κεφαλῆς καλύμματος ἐπικρίψασθαι
 D τὴν ἐξάγιστον γενειάδα πεποιηκώς, τὴν ἰδίαν μητέρα διὰ τινος τῶν θαλαμηπόλων εὐνούχων δηλοῖ ὡς ὁ ἀγιώτατος πατριάρχης 15 Ἰγνάτιος ἐνταῦθα μετ' ἐμοῦ συγκαθέζεται, καὶ εἰ βούλει λαβεῖν τὴν εὐχὴν αὐτοῦ, ἔλθε, καὶ μετ' ἐμοῦ τυγχάνεις αὐτῆς. ἐκείνη δὲ οἷα φιλευσεβῆς γυνὴ καὶ φιλόθεος, πόθον πολὺν καὶ πίστιν ζέουσαν πρὸς τὸν ἀγιώτατον κεκτημένη Ἰγνάτιον, σπουδαίως ἐκδραμοῦσα ὡς ἤκουσε, καὶ μηδὲ ἀτενίσαι δι' αἰδῶ δυναμένη, ἔξω 20 δὲ πύσης κακίας καὶ ὑπονοίας τυγχάνουσα καὶ μηδέν τι φαῦλον ὑποτοπήσασα, προσέπεσε τυῖς ποσίν, ὡς ἐδόκει, τοῦ ἀγίου ἐκείνου

1 τοῦτον A

9 τοῦ om P

12 ἑαυτοῦ om P

illis coetus, ab imo pectore ducto suspirio horumque principem atque auctorem deplorans, fuisque ad deum cum fletu precibus, ut eiusmodi blasphemiae ac iniuriae finem imponeret impiosque penes infernum dissiparet, ne sancta profanarentur mysticaeque ac veneranda sic procaciter irriderentur, institutum sibi iter hymnodiamque prosequitur.

23. Alia item vice, ut inclitum virum Ignatium patriarcham contumelia afficeret ipsamque parentem irrideret, amens menteque captus imperator tale quid comminiscitur. in praefulgido ac rutilanti aureo triclinio regia sede sublimis, impurissimo Grullo archieraticis vestibus induto, loco veri patriarchae proxima sede assidere iusso, ac qui dei antistitem decebat honore illi cultaque adhibito, compulsoque impurissimam ac nefandam barbam capitis integumento obtegere, matri suae per eunuchum quendam e sacro cubiculo mandat adesse sanctissimum patriarcham Ignatium ac secum sedere; et ut veniat, si eum bene sibi precari velit, ac una secum illius compos orationis fieri optet. illa, uti religiosissima dei que amans, ingentem amoris vim ardentemque fidem erga sanctissimum patriarcham nacta, simulac audivit, festine egressa accurrensque, ac nec oculos tollere satisque intendere prae pudore valens, extraque omnem malitiam, nec pravi aliquid aut dolum suspicata, ad

ἀρχιερέως, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐδέετο εὐχέσθαι. ὁ δὲ παμμίαιρος **F** 154
 ἐκεῖνος τῆς καθέδρας θλίγον ὑπεγερούεις καὶ ἀπ' αὐτῆς τοῦναντίον
 ἀποστραφεῖς, ὀνώδη ψόφον ἀπὸ τῶν μυσαρῶν ἐγκάτων ἀφείς,
 πρὸς αὐτὴν ἀπεφθέγγετο ὅτι ἵνα μὴ λέγῃς, κυρά, ὡς οὐδὲ κὰν
5 ταύτω σε ἤξιωσάμεθα. τοῦ δὲ βασιλέως ἀνακαγχάσαντος καὶ αὐτοῦ
 τοῦ παμβεβήλου παμμέγεθες ἐκγελάσαντος, καὶ πολλὰ καταφλυαρη-
 σάντων ἢ μᾶλλον τῷ παραφόρῳ τῆς γνώμης ἀλογώτατα ἐξοισιτησάν-
 των, ἐπιγνοῦσα τὸ πλάσμα καὶ τὴν ἀπάτην ἢ βασιλῆς, καὶ πολλὰ
 τῶν παρόντων καταστενάξασα, καὶ πλείστας ἀράς τῷ νιῷ ἐπιρρί-
10 ψασα, τέλος ἐξεῖπε πρὸς αὐτὸν ὅτι ἰδοὺ, κακὸν τέκνον, ὁ θεὸς **B**
 τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἀφείλετο ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐδόθη σοι ἀδόκιμος νοῦς
 ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. καὶ ταῦτα εἰποῦσα καὶ μετ' ὀδυρμοῦ
 θρήνων τὰς οἰκείας τρίχας ἐκτελλουσα ἀνεχώρησεν. τοιαῦτα τοῦ
 γενναίου βασιλέως τὰ νεανιεύματα, καὶ τοιαύτη αὐτοῦ ἢ περὶ τὰ
15 θεῖα καὶ τοὺς ἱεροὺς ἄνδρας ὀσιότης τε καὶ εὐλάβεια.

24. Τοιούτων δὲ καὶ χειρόνων πολλῶν καθ' ἑκάστην παρὰ
 πάντα τὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ χρόνον παρ' αὐτοῦ γινομένων,
 ἐπεὶ καὶ μετὰ τὸ προσλαβέσθαι καὶ ἀνηψῶσαι τὸν Βασιλεῖον περὶ
 τὰ ὅμοια ἀνεστρέφετο, ὁρῶν ταῦτα καὶ ἀκούων ἐκεῖνος λίαν ἐδυσ-
20 φόρει καὶ ἠνιάτο καὶ τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀπελέγετο. βουλόμενος **C**
 δὲ πᾶσαν τὴν δυνατὴν ἐπιφέρειν βοήθειαν καὶ μηδὲν τῶν εἰς ἐπαν-
 ὄρθωσιν δοκούντων τείνειν παραλιπεῖν, πρότερον μὲν δι' ἑτέρων

2 ἐκ' P

15 ἱερεῖς A

21 τὴν om P

sancti antistitis, ut sibi videbatur, pedes procidit, rogatque pro se pro-
 oes fundi. at scelestissimus ille paululum e sella sese erigens, eique
 dorsum obvertens, asinino crepitu ab exsecrandis exploso visceribus,
 sic eam affatus est, ne dicas, domina, quod ne hoc quidem te dignam
 duxerimus. his imperatore cacchinnos sustollente, ipsoque illo impuris-
 simo risu procacissime effuse, plurimaque iis blaterantibus, seu potius male
 sano sincipite stultissime oestroque obgannientibus, commentum agnoscens,
 factamque fraudem, Augusta, altisque gemitibus nequissima deplorans,
 dirasque plurimas in filium iactans, ad extremum edixit. en, fili im-
 probe, deus manum suam abstulit a te; datusque tibi est sensus repro-
 bus, ut facias quae longe ab officio sunt. atque his dictis, et cum eiu-
 latu ac lacrimis, crines vellens, recessit. talia generosi principis facta
 strenua. eiusmodi illius circa divina sacrosque homines religiositas ac
 reverentia.

24. Cum talia atque his plura deterioraque, quamdiu rerum
 potitus est, ab eo in dies patrarentur, ac tum etiam cum Basilium
 imperii collegam adlegisset in iisdem versaretur, videns haec ille
 audiensque nimis graviter discruciabatur animoque dolebat, ac nec
 vivere sustinebat. hocque animo agitans, ut quam posset omnem
 medicinam adhiberet, nihilque quod ad emendationem spectare vi-
 deretur omitteret, prius quidem conabatur per alios a talibus eum

ἐπειρᾶτο ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀποτρέπειν αὐτὸν καὶ πρὸς τὸ δέον ἐπαναγαγεῖν, ἔπειτα ἐθάρρησέ ποτε καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ μετ' εὐνοούσης γνώμης καὶ προαιρέσεως νουθετῆσαι τὸν βασιλέα, καὶ εἰ δυνατόν, ἀποστῆσαι τῶν τοιούτων ἀσεβημάτων, καὶ τοιάδε πρὸς αὐτὸν μεθ' ὑποπεπτωκότος καὶ ταπεινοῦ διελέχθη τοῦ σχήματος. 5
 "δίκαιόν ἐστιν, ὃ δέσποτα καὶ βασιλεῦ, τοσοῦτων εὐεργεσιῶν τε
 D καὶ δωρεῶν παρὰ σοῦ με καταπολαύσαντα καὶ εἰσηγεῖσθαι τὰ δέοντα καὶ ὑποτιθέναι τὰ ἄριστα καὶ ὑπομιμνήσκειν τὰ λυσιτελεῖ καὶ σωτήρια. μισούμεθα, γίνωσκε, δέσποτα, μισούμεθα" (συγκατεμίγνυε γὰρ καὶ ἑαυτὸν διὰ τὸ ἀνεπαχθές, καίτοι μηδεὶς τῶν 10
 ἀτόπων αὐτῷ κοινωνῶν) "παρὰ τε τῆς πόλεως πάσης καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ παρὰ τῶν ἀρχιερέων θεοῦ ἐπάρατοι καθεστήκαμεν, καὶ πάντες ἡμᾶς διαβάλλουσι καὶ κακίζουσιν. ὅτε δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀνθρώπων εἰς οὐδὲν λογισώμεθα, δεδοικέναι καὶ τὴν ἀπὸ θεοῦ ἀγανάκτησιν χρῆ, καὶ φοβεῖσθαι μὴ πειραθῶμεν αὐτοῦ 15
 P 155 ὀργιζομένου καὶ χαλεπαίνοντος." ἀλλὰ ταῦτα λέγων πέτρας ἔσπειρεν καὶ αἰγιαλῷ προσελάλει καὶ σμήγειν ἔωκει Αἰθίοπα· οὕτω δευσοποιὸς ἢ πονηρία γέγονε παρ' αὐτῷ, καὶ οὕτως ἐξεκώφει πρὸς πάντα λόγον σωτήριον, βύων τὰ ὦτα ὡσεὶ ἀσπίς πρὸς ἐπάσματα. οὐ μόνον γὰρ οὐ μετεβάλλετο πρὸς τὸ ἄμεινον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν 20
 ἤδη ἐμίσει καὶ ἀπεστρέφετο, καὶ σὺν τοῖς θιασώταις αὐτοῦ καὶ συνοργιασταῖς διαβάλλων καὶ μυκτηρίζων ταῦτα τὴν πρὸς αὐτὸν

4 ἀποστῆσαι P
 κώφει P

5 τοῦ om A

11 αὐτῷ om P

18 ἐξεκώφει P

studiis avocatum ad officium frugemque meliorem reducere; postea autem ausus tandem est et ipse per se animi benevolentia pronaque voluntate imperatorem corripere ac, si liceret, ab eiusmodi impiis dictis factisque avocare, taliaque ad eum submisso humilique animo gestuque et habitu disserebat. "aequum est, o domine augusteque, tantis a te beneficiis ac muneribus donatum monere quae officii sunt, optimaque documenta tradere, et quae utilia ac salutaria sunt in mentem revocare. exosi sumus (ne te lateat, domine) exosi sumus" nam se etiam ipse una miscebat ad vitandam invidiam, licet in nullo eorum quae ille turpia absoneque agebat socius illi accederet. "tum sane universae civitati tum senatui; deique sacerdotibus execrabiles devotique habemur; nec est qui non criminetur ac vituperet. quando vero etiam diras hominum atque odia nihili faciamus, at dei tamen formidolosa indignatio, timendumque est ne illius irati ac succensentis periculum malo nostro faciamus." verum haec dicendo petras seminabat litusque alloquebatur et Aethiopem lavare videbatur. sic alte insita infixaque illi haeserat improbitas; sic ad omne salutare monitum absurduerat, aspidis in morem obturans aures ad incantamenta. non solum enim ad meliorem frugem non redibat, sed et iam monitorem oderat et aversabatur; haecque adeo inter sodales et orgiastas accusans irridensque alieno se ab eo animo innue-

ἄλλοτρίωσιν ὑπηνίττετο, εἶτα καὶ παρεδήλου τρανότερον. ὅπερ
 δὴ συννοήσαντες ἐκεῖνοι οἱ μιαροὶ καὶ ἀλάστορες κατ' αὐτοῦ συνε-
 κινούντο καὶ συνετάττοντο, καὶ τὰς διαβολὰς πιθανῶς ὑπεκρίναν- **B**
 το, αὐθάδειαν μὲν καλοῦντες αὐτοῦ τὴν σεμνότητα, καὶ τὸ μὴ
 5 μετέχειν τῶν ἡδονῶν δύσνοιαν ὀνομάζοντες καὶ τὸ μὴ συνεξαμαρ-
 τάνειν καταφρονεῖν. καὶ “πῶς γὰρ ἂν εἶποι σε ἀγαπᾶν” ἔλεγον
 “ὁ μὴ χαίρων οἷς χαίρεις αὐτός, μηδὲ συσπουδάζων ἐκπορίζειν σοι
 τὰ καθ' ἡδονήν;” οἷς δὴ μᾶλλον ὑπενδιδούς ὁ βασιλεὺς καὶ πει-
 θόμενος θάνατον τῷ Βασιλείῳ ἐτύφεν, καὶ ἀφορμὴν ἐζήτηε τῆς
 10 ἀναιρέσεως εὖλογον, ἀλλ' οὐχ εὔρισκεν. εἰς τοσοῦτον δὲ προῆλθε
 τὰ τῆς μανίας αὐτοῦ ὥστε πρὸς τὴν λαθραίαν χωρῆσαι ἀναίρεισιν
 καὶ τισὶ τῶν ἀπὸ τοῦ παλαμναίου συνεδρίου, οἷς τὰ πάντα ἐθύρ- **C**
 ρει, προτρέψασθαι, ὅταν εἰς θήραν ἐξέλθωσι, προφάσει τοῦ τὸ
 θηρίον βαλεῖν ἀκοντίσαι τὴν λόγχην κατ' αὐτοῦ καὶ οὕτως αὐτὸν
 15 διαχρήσασθαι· ὅπερ εἷς, ὡς φασὶ, πεποιηκῶς καὶ ἀφείς τὸ ἀκόν-
 τιον αὐτοῦ μὲν ἤμαρτε, καὶ παραδραμὸν τὸ δόρυ προσεπάγη τῇ
 γῆ, αὐτὸν δὲ ὁ ἵππος αἴφνης τὸν χαλινὸν ἐνδακῶν καὶ συναρπά-
 σας κατὰ τοῦ κρημνοῦ ἀπεδίσκευσεν, ὡς ἀπ' ἐκείνου τοῦ πτώμα-
 20 τος καὶ τὸ τέλος ἐλθεῖν ἐπ' αὐτόν, ὅτε καὶ ἀνόνητα μεταμελόμε-
 νος, ὡς φασὶ, τοῖς συμμύσταις ἐπέσκηπτε μὴ τολμῆσαι κατὰ τοῦ
 ἀναιτίου ἐπιχειρεῖν τοῦ λοιποῦ, εἰ μὴ τολμῆσαι κατὰ τὸν ὁμοιον **D**
 ὄλιθρον πεσεῖν καὶ αὐτοί· καὶ τινὰ τῶν εὐλαβῶν προσκαλεσάμε-

1 ὑπαινίττετο AP 9 ἐθύρρειν P 19 εἰς P καὶ ἀνόνητα
 Combefis: δὲ ἀνόνητα AP 21 τολμῆσαι] θελήσαιεν?

bat, tumque etiam clarius ostendebat. cumque scelesti illi ac pestes in-
 telligerent, in eum commovebantur ac instruebantur, verisimilique ra-
 tione calumnias subornabant. nempe audaciam ac proterviam eius mo-
 xum gravitatem vocabant; quod illi libidinum socius non accederet, male-
 volentiam; quod denique pari cum illis foedere non delinqueret, con-
 temptum appellabant. “ecquidam fiat” aiebant “ut te diligere profitea-
 tar, qui non gauderet quibus tu delectaris, nec quae tibi ex animo sint
 ministrare studeat?” his magis cedens imperator fidemque habens
 inferendae Basilio necis occasionem captabat, eiusque tollendi rationem
 verisimilem quaerebat; sed nulla suppetebat. tantum vero illius furor
 processit, ut et ad occultam necem animum impulerit; quam nonnullis
 ex sicariorum illo collegio, quibus omnia credebat, commisit, ut nimirum
 venatum exeuntes, tanquam bestiam percussuri, hastam in eum mitterent
 eaque ratione necarent. id quendam patrasse ferunt, missoque spiculo,
 ab eo aberrasse, praevolansque telum humo defixum esse, equum vero
 repente mordentem frena una secum raptum per abrupta saxa praecipiti-
 tem egisse, atque eo casu illum vitam finisse. quando et frustra paeni-
 tentia ductum aiunt sodalibus mandasse ne deinceps insontem aggredi
 auderent, nisi velint et ipsi eodem atque ille exitio vitam ponere; ac-

ρος μετὰ τῶν λοιπῶν ἀτοπημάτων αὐτοῦ καὶ ἀνομιῶν καὶ τοῦτο ἐξωμολογήσατο καὶ ἐξηγόρευσεν.

25. Ὡς δ' οὐκ εἶχε λοιπὸν εὐρεῖν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ ἀνελεῖν αὐτὸν πόρον ἢ πρόφασιν, εἰς ἑτέραν ἦλθε βουλήν πονηράν τε καὶ ἄθεσμον. ἐβουλεύσατο γὰρ ἐπεμβαλεῖν τοῖς σκήπτροις καὶ 5
 P 156 νον, ἓνα καὶ αὐτὸν τοῦ παλαμναίου συνεδρίου τυγγάνοντα, φαῦ-
 λον καὶ μιαρὸν θηλυδρίαν τε καὶ φιλόκομον, ἀπὸ τῆς Νικομήδους
 ὀρμώμενον, ὁμόγνιον ἀδελφὸν τοῦ κατὰ τὸν Καπνογένην Κων-
 σταντίνου, τοῦ δις τὴν τοῦ ὑπάρχου μετὰ ταῦτα ἐγχειρισθέντος 10
 ἀρχῆν· τότε δὲ ἐν τοῖς ἐλαύνουσιν εἰς τὴν βασιλικὴν τριήρη κατ-
 ειλεγμένος ἐτύγχανε. τοῦτον δὲ τὸν δυσώνυμον Βασιλικῖνον ἐν-
 δύνει ποτὲ τὴν πολυύμνητον βασιλικὴν πορφύραν καὶ τὸν περιόπτον
 καὶ ἐπίφθονον στέφανον χλαμύδα τε πάγχρυσσον καὶ τὰ κοκκοβαφῆ
 καὶ διάλιθα πέδιλα καὶ τᾶλλα τῆς βασιλείας ἐπίσημα, ἐξάγει τε 15
 αὐτὸν πρὸς τὴν σύγκλητον τῆς χειρὸς ἅμα κρατῶν καὶ ὑπουργῶν
 B αὐτῶ, ὡς ὁ Νέρων ἐκεῖνος πάλαι τὸν πολυθρόνητον Ἔρωτα, καὶ
 φησιν ἐπὶ λέξεως

Ἴδετε πάντες ὑμεῖς, καὶ θαυμάσατε.

Ἄρα οὐ πρόπει αὐτὸν εἶναι βασιλέα;

πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος,

τὸ δεύτερον δὲ συμφυὲς πέλει στέφος,

ἅπαντα δ' ἀρμόζουσι πρὸς τὴν ἀξίαν.

20

8 φιλόκομον A 12 ἐτύγχανε om P 15 καὶ ante διάλιθα om P

cersitoque viro quodam religioso, cum aliis delictis suis ac sceleribus, hoc quoque sacra exhomologesi expiandum putavit.

25. Cum autem imperator nullam viam aut occasionem inveniret interimendi Basilium, ad alia consilia, scelerata quidem ac nefanda, vertitur. nempe secum ipse constituit ut et alium pariter heredem sceptris immittat. ac sane Basilicium illum, sic appellatum, unum et ipsum nefarii illius collegii, hominem nequam ac sceleratum effeminatumque et gulae mancipium, Nicomedia oriundum, fratrem germanum Constantini Capnogenae, qui postea semel iterumque praefecti urbis munus adeptus est: tunc vero inter regiae triremis remiges adscriptus erat. hunc itaque infaustum Basilicium quandoque regia, multis nominibus celebrata, induens purpura, spectabilique atque omnium votis expetenda capiti imposita corona, chlamydeque holoserica adhibita, et coccineis lapidibusque pretiosis interstinctis calceis, aliisque regiis insignibus, ad senatum eduxit manu tenens, eique pro ministri partibus obsequens, haud aliter ac Nero ille quondam decantatissimum Krotum. atque ad verbum ait "videte omnes, et admiramini. an non convenit ipsi regia dignitas? primum quidem species digna imperio: secundum autem congenita est corona, suntque dignitati congrua omnia. quanto melius erat me hunc

καὶ ὅτι πόσον ἦν κάλλιον τοῦτόν με ποιῆσαι βασιλέα ἢ τὸν Βασίλειον; ταῦτα πάντες οἱ κατὰ τὰ βασίλεια ἰδόντες τε καὶ ἀκούσαντες ἔμειναν ἀχανεῖς, ἐκπληττόμενοι τὴν παράλογον ἐξ ἀφροσύνης τοῦ βασιλέως ἐμβροντησίαν τε καὶ παρακοπήν. οὕτως ἦν ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς κατακοροῦς μέθης καὶ τῶν ἀθέσμων καὶ ἀσελγῶν πράξεων ὅλως τῶν δεόντων ἐξεστηκῶς καὶ φρενοπλήξ καὶ παράφορος.

26. Πλὴν οὐ τὸ μειλίχιον μόνον καὶ λυαῖον καὶ τρυφηλόν τε καὶ ἀνειμένον καὶ ἄπαλόν καὶ παρακεκινηκὸς ἐκ τῆς μέθης ἐκέκτητο τοῦ χαριδότου Διονύσου, ὃν μιμεῖσθαι ᾤετο καὶ ἐσπούδαζεν· ἀλλὰ καὶ ὡς ὠμηστῆς πάλιν κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον εἶχε τὸ ἐρινυῶδες τε καὶ τιτανικόν, καὶ πολλάκις κωμικὴ παννυχὶς εἰς τραγωδίαν συμφορῶν ἐτελεύτησεν. ἐκ τε γὰρ τῆς μέθης παροινῶν καὶ ἐκ τῆς εὐτυχίας παρανόμως εἰς ἄπαν ἐξώκειλε δυσσεβές. ὅτε οὖν ὅλος τοῦ ἀκράτου καὶ τῆς μέθης ἐγένετο καὶ πάντῃ τὰς οὐκείας φρένας ἀπώλεσε, πρὸς φόνους ἐχώρει καὶ πρὸς ἀναιτίων ἀνθρώπων ἀλλοκότους ποινὰς καὶ σφαγὰς, καὶ τοῖς ὑπηρέταις ἐνεκελεύετο, τὸν δεῖνα, φησί, καὶ δεῖνα λαβόντες τῷ δημίῳ παράδοτε, καὶ ἑτέρου τοῦς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξατε, καὶ ἄλλου τὰς χεῖρας καὶ τοῦς πόδας ἐκκόψατε. καὶ οὗτος κεφαλῆς τιμωρεῖσθω, καὶ κεῖνος γινέσθω πυρίκαυστος. οὓς λαβόντες οἱ ὑπηρέται, καὶ τῷ ἔξω τῶν φρενῶν αὐτὸν τυγχάνειν, ὅταν ἐξῆγε τὰς ἀποφάσεις, γινώσκοντες,

1 ὅτι] οὐ P

3 ἀχανεῖς P

4 παρακοπήν P

9 τε om P

11 ὁμός τις P

ἐκεῖνον om P

imperatorem fecisse quam Basilium?" haec qui in regia erant universi videntes et audientes, defixi steterunt, tantam viri vecordiam stupentes mentisque eversionem. sic nimirum prae immodica ebrietate scelestissimisque ac impurissimis actibus, quicquid prorsus honesti ac officii est excusserat, emotaeque mentis insanusque ac titubans ratione erat.

26. Neque tamen quod suave solum et solutum et deliciosum et remissum et molle et indecorum, ex Bacchi gratiarum datoris gaudiique, quem se et imitari putabat et ambiebat, sed rursus etiam crudelis, illius more, furiosum quidpiam Titanicumque praeferebat; nec raro comicum pervigilium in malorum illi desiit tragoediam. ex temulentia enim debacchans feliciorque fortuna ebrius in omnem nefarie impietatem proreuebat. cum itaque totus mero madidus et temulentus erat, ac quicquid prorsus sanae mentis est excusserat, ad caedes animum adiciebat innocentumque hominum atroces poenas ac neces imperabat. haec fere illius ad ministros iussa, "hunc illumque tollentes lictori tradite. alteri oculos effodite; alterius manus pedesque praescindite. hic capite luat; ille igne torreatur." eos ministri arripientes, cum scirent haud sanae mentis fuisse cum sententiam ferret, debebant illi quidem custodiae, non tamen

P 157 ἐμφρούρους μὲν αὐτοὺς ἐποίουν, ταῖς ποιναῖς δὲ οὐ καθυπέβαλλον. πολλάκις δέ, εἰ ἔτυχέν τις πρὸς ὃν οὐκ εἶχον ἠδέως ἀλλ' ἀπεχθῶς, ἀπεχρῶντο τῇ βασιλικῇ κελεύσει, καὶ τῇ τιμωρίᾳ τὸν ἀθῶον ἐξεδίκουν κατάδικον. εἶτα ὁ δαίλαιος ἐκεῖνος καὶ ἄθλιος τότε μὲν οὐδ' ἐν οἷς ἔστιν εἰδώς, παρὰ τῶν κατευναστικῶν τῷ βασιλικῷ προσανεκλίνετο σκίμποδι καὶ τῷ γείτονι τοῦ θανάτου ὑπνωῶς ἀνδράποδον ἐξεδίδοτο· ἔωθεν δέ, τοῦ ὑπνου τοὺς ἐκ τοῦ οἴνου ἀτμοὺς καὶ τὴν παχεῖαν ἐκείνην ἀγλὴν μόλις ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διασκεδάσαντος, ἐξεγειρόμενος οὐδὲν τῶν ἐν τῇ ἑσπέρᾳ ἐμέμνητο, καὶ ἐζήτει πολλάκις τινὰς ἀφ' ὧν ἐν τῇ μέθῃ κατεψηφίσατο καὶ τῷ θανάτῳ ἐξέδωκε, μανθάνων δὲ παρὰ τῶν δορυφόρων τε καὶ ὑπηρετῶν ἃ ἐν τῇ ἑσπέρᾳ κατ' αὐτῶν ἐψηφίσατο, μετεμελεῖτο καὶ ἔστενεν. καὶ ἄλλοτε μὲν εὐρίσκοντο οἱ ζητούμενοι, ἄλλοτε δὲ ἀνόνητος ἦν αὐτῷ ἢ ἐπὶ τοῖς ἀνοσίοις τῶν ἔργων μετάνοια, τῶν ἐκδοθέντων ἀνηρημένων. πάλιν δὲ τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, καὶ νεανικῶς τοῦ πότου πόρρω τῆς νυκτὸς μετὰ τῶν ἀλαστόρων ἔργων καὶ λόγων προκόπτοντος, ἐν τοῖς ὁμοίοις ἐγένετο. ἃ τίς ἀκούων τε καὶ ὄρων, εἰ καὶ λιθίνην καρδίαν ἐκέκτητο ἢ παντάπασιν ἀναίσθητος ἦν, μὴ πρὸς ὄργην ἐκινήθη καὶ διεθερμάνθη ποτὲ πρὸς τὴν τῶν ἀναίτιως ἀπολλυμένων ἐκδίκησιν; μηδὲ τὸν πραότατον πάντων ἀνθρώπων Δαβὶδ ἀνασχέσθαι οἶμαι τὴν τοσαύτην τοῦ καθάρματος παροινίαν· ἠλιθιότης γὰρ καὶ ἀναλγησία, οὐ μακροθυμία ἐνταῦθα λογίζεται ἢ φειδώ.

4 καὶ ἄθλιος om P 10 ἐν om P

poenis addicebant: saepe vero, cum quis erat quocum non satis ipsis conveniebat eisque exosus erat, imperatoris mandato abutentes eum, etsi innocentem, veluti iudicio damnatum in poenam rapiebant. hinc miser ille, ne tunc quidem in quibus versaretur intelligens, a cubiculariis in imperatorio lectulo reclinatus vicino mortis somno veluti mancipium opprimebatur; mane vero, cum somnus vapores vini crassamque illam caliginem vix tandem discussisset, expergiscens nullius eorum quae pridie vesperi facta essent meminerat, saepiusque nonnullos ex illis quaerebat quos temulentus damnaverat mortique addixerat. audiens vero a stipatoribus et ministris quam in eos vesperi sententiam tulerat, ipsum facti paenitebat ac ingemiscebat. et aliquando quidem quaesiti inveniebantur, aliquando vero inutilis erat pro iis quae nefarie illi gesta erant paenitentia, illis sublatis in quos sententiam dixerat. rursus iterum mane, vini que potu in prolixam noctem cum nequissimis dictis factisque strenue protracto, eadem patrabat. haec vero quisnam audiat videatque, vel si saxeam illi pectus exque robore animus, qui non ira concitetur, nec aliquando ad eos ulciscendos qui innoxie pereant incalescat? nec mortalium omnium mitissimus David, ut arbitror, tantam piaculi petulantiam lenius sustineat. stoliditas enim et stupor est, non lenitas aut aequitas indulgentia haec seu ulciscendi subtractus vigor.

27. Ἦδη δὲ πάντων σχεδὸν τῶν ἀποθέτων χρημάτων ἐπιλειπόντων, ἐν τοῖς τοιούτοις ἀναλωθέντων αὐτῶν, ἀνάγκη ἐπήρηστο τοὺς ἐν τέλει πάντας φανερώς ἀποσφάττεσθαι καὶ δημεύεσθαι τὰς οὐσίας αὐτῶν, ἵν' ἔχοι πόρον ὁ βασιλεὺς ἠνιόχοις καὶ πόρναις καὶ ἀσελγέσιν ἀνθρώποις χαρίζεσθαι. ἐβδομήκοντα γὰρ καὶ D ἐννακόσια κεντηνάρια κεχαραγμένου χρυσοῦ, χωρὶς ἀργύρου τοῦ τε ἀσήμου καὶ ἐπισήμου, καταλιπόντος Θεοφίλου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ φύλακι τηρούμενα τῷ βασιλικῷ, ἔτι δὲ καὶ Θεοδώρας τῆς τούτου μητρὸς ἄλλα προσθείσης τριάκοντα καὶ ἀπαρτισιάσης τὸν χίλια I O τῶν κεντηναρίων ἀριθμὸν, ἐν οὐδὲ ὅλοις τεσσαρεσκαίδεκα χρόνοις, ἀφ' οὗ τὴν τῶν ὄλων ἐξουσίαν οὗτος ἐδέξατο, πάντα διεφόρησε καὶ ἀνάλωσεν, ὡς μηδὲν ἕτερον μετὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον εὔρεσθῆναι πλὴν τρία καὶ μόνα κεντηνάρια. καὶ πῶς δὲ οὐκ ἔμελλον ἐπιλιπεῖν, κἂν ἐκ ποταμῶν ἐπέρρει, οὕτως ἀσελγῶς καὶ ἀσώτως δια- P 158
15 σκιδνάμενα; ἠνιόχου γάρ ποτε παιδίον δεξάμενος τοῦ οὕτω καλουμένου Χειλᾶ ὀλόκληρον αὐτῷ κεντηνάριον ἐδώρησατο. ἀλλὰ καὶ τῷ πατρικίῳ Ἡμερίῳ, ὃν Χοῖρον αὐτὸς μὲν ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν τῆς ὄψεως ὠνόμαζεν ἀγριότητα, διὰ δὲ τὸ χοιρῶδες τοῦ βίου μᾶλλον καὶ ῥυπαρὸν ἄξιος ἦν τῆς τοιαύτης προσρήσεως, τούτῳ τοῖ-
20 νον αἰσχρολογοῦντί ποτε κατενώπιον αὐτοῦ καὶ ταῖς ἀπὸ σκηνῆς φλυαρίαις καταχρωμένῳ, ἐκ τε τοῦ παντελῶς ἀπερυθριᾶσαι καὶ μηδὲν τῶν ἐπονειδίστων ὀκνήσαι καὶ ψόφον ἀκόλαστον ἀπὸ τῆς

2 ἐπιλειπόντων om A

11 τῶν om P

13 μόνον A

27. Iam vero omni pene exhausto aerario, eius scilicet opibus in studiis rebusque eiusmodi foede dilapidatis necessario imminabat procerum omnium (patriciorum scilicet aut senatorum) una manifeste expectata caedes bonorumque publicatio, ut non deessent imperatori sumptus, quibus aurigis meretricibus aliisque impuris hominibus ac ganeonibus gratificaretur. septuaginta namque supra nongenta auri signati centenaria praeter argenti rudis pariter ac signati vim, relicta a patre Theophilo atque in regio servata aerario, quibus mater Theodora triginta aliis superadditis mille centenariorum numerum compleverat, annis quattuordecim, ac ne integris quidem, quibus solus ipse rerum potitus est, plane distraxit ac dilapidavit, ut post eius mortem non plura tribus reperta sint. et quomodo non futurum erat ut deficerent, vel si ex fluviis influerent, cum sic perditae atque prodige dissiparentur? cum enim aliquando aurigae, cui nomen Chilae, filium ex sacro fonte suscepisset, integrum centenarium munificus donator erogavit. sed et patricio Himerio, quem Choerum (id est porcum) imperator ob oris asperitatem inelegantiamque vocabat, qui tamen ob porcis affinem sordidamque vitae rationem eo potius nomine dignus videbatur, quod aliquando ipso coram obscena verba effutens et scenicis nugis abutens, omni prorsus proiecto pudore nihilque turpe ac probrosum a se alienum ratus, ganeonis crepitum ex scelerato ventre misisset, sic gravem valideque displosum

B μιαρᾶς ἀφέντος γαστροῦ, οὕτω βαρὺν καὶ σφοδρῶς καταγιγίζοντα ὥστε καὶ τὸ φαῖνον φατλίον ἀποσβεσθῆναι, πενήκοντα λιτρῶν ἐπιδόσει ἐτίμησεν ὡς Ἡράκλειόν τινα τοῦτον ἄθλον ἀνύσαντι. καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους δὲ τῶν ὁμοίων αὐτῷ οὕτως ὑπέμετροι αἱ δόσεις ἦσαν αὐτοῦ. ταῦτα δὲ εἰ μὲν εἰς στρατιώτας καὶ προμάχους καὶ 5 ἀριστεῖς ἢ εἰς τοὺς ἐπ' ἄλλω τινὶ τῶν ἀγαθῶν διαφέροντας ἐτοίμως οὕτως προΐετο, μεγαλοψυχίας ἢ τις καὶ ἐλευθεριότητος καὶ τρόπου φιλοτίμου ἐνόμισε σύμβολα· ὅτε δὲ εἰς μίμους καὶ ἡνιόχους καὶ ὀρχηστὰς καὶ βωμολόχους καὶ κόλακας καὶ βδελυρίας ἀπάσης μεστός ἀφρόνως διεσκορπίζετο, εἰς δὲ τι τῶν σπουδαίων 10 προΐει οὐδ' ὀβολός, ἀσωτίας πάντως καὶ παροινίας καὶ ἐμπληξίας λογίσαιτ' ἢ τις εἶναι τεκμήρια. καὶ τούτων ἐπιλειπόντων ἤδη ἀνάγκη ἦν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ναοὺς περισυλᾶσθαι καὶ εὐαγεῖς οἴκους αἰχμαλωτίζεσθαι καὶ πάντας τοὺς πλέον τῶν ἄλλων κεκτημένους εἰς χρήματα ἀναιρεῖσθαι καὶ ἀποσφάττεσθαι. δι' ἃ δὴ 15 πάντα συμφρονήσαντες τῶν ἐν τέλει οἱ δοκιμώτατοι καὶ τὸ ἔμφρον τῆς συγκλήτου βουλῆς, διὰ τῶν προκοιτούντων τοῖς βασιλεῦσι στρατιωτῶν, ἐν τοῖς παλατίοις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μάμαντος

D ἀναιροῦσιν αὐτόν, ἐκ τῆς ἄγαν οἰνοφλυγίας ἀνεπαισθήτως τὸν ὕπνον τῷ θανάτῳ συνάψαντα. ὥσπερ γὰρ τοὺς σκορπίους καὶ 20 ἔχεις μόνον ἰδόντες καὶ πρὶν ἢ τρώσαι ἀναιροῦσιν οἱ ἄνθρωποι διὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτοῖς κακίαν, οὕτω καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς

2 ἀποσβεσθῆναι A 5 εἰ μὲν om A 7 οὕτως P 11 προΐει AP
 παρανοίας A 13 ἢπερ A

ut procellae in morem lucentem faculam flatu exstinxerit, quinquaginta libras, perinde ac si Herculeum hoc certamen confecisset, liberalis munerator conguessit. sic quoque eius erga alios ei similes nepotes modum omnem praemia muneraque vincebant. haec porro si in milites primipilariosque ac viros strenuos, seu etiam alia virtute praestantes, sic proclivi liberalitate effunderentur, magnificentiae et liberalitatis magnae ac generosi animi signa non nemo arbitraretur: quod vero in mimos et aurigas et saltatores et scurras et adultores et sordidissimos ac inquinatissimos quosque dementer dissipabantur, honesti vero ac virtutis praemio ne obolus quidem ministrabatur, prodigientiae omnino et dementiae et stupiditatis certa indicia esse existimet. quibus iam deficientibus necesse erat, uti dicebam, templa spoliari, religiosas sacrasque domos praeda temerari ac rapina, omnesque paulo reliquis locupletiores direptis facultatibus mactari et iugulari. quapropter probatissimi nobilium eque senatu prudentissimi, una conspiratione per milites pro sacro cubiculo excubantes in palatio S. Mamantis martyris, eum interimunt, sic nimirum ut immodica vinolentia consopitus absque ullo sensu somnum cum morte coniunxerit. quemadmodum enim scorpios et viperas semel intuiti homines ob innatum illis virus, antequam etiam vulnus infligant, statim necant, sic et venenosos cruentosque viros, antequam vulnerent

λώδεις καὶ φονικοὺς πρὸ τοῦ τρῶσαι καὶ ἀνελεῖν σπουδάζουσι ἀποκτεῖναι οἱ ἐκ τούτων προσδοκῶντες τὸν κίνδυνον. καὶ οὗτος μὲν οὕτω βιούς, αἰσχυρῶς τε καὶ ὀλεθρίως ἑαυτῷ καὶ τοῖς πράγμασι, τοιοῦτον καὶ τὸ τέλος ἐδέξατο, τῶν προβεβιωμένων ἐπάξιον.

28. Προάγεται δὲ εὐθὺς ἐπὶ τὴν πάντων ἀρχὴν ὃ μέχρι P 159 τοῦδε δευτερεύων ταύτης Βασίλειος, καὶ παρά τε τῆς ἐντίμου βουλῆς καὶ τῶν ὑποβεβηκότων ταγμάτων καὶ παντὸς τοῦ στρατεύματος καὶ τοῦ ὄχλου τοῦ ἀστικοῦ ὃ καὶ πρὸ τούτου δι' ἱκετηρικῶν ἐυχῶν ἐπιζητούμενος ἀναγορεύεται αὐτοκράτωρ Βασίλειος. ὃς ἅμα τῷ παρελθεῖν ἐπὶ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν καὶ ἑαυτὸν καὶ τὰς τοῦ κράτους ἡνίας θεῷ ἀνατίθεικεν, εὐξάμενος ἐπὶ λέξεως τάδε "Χριστέ βασιλεῦ, τῇ σῇ κρίσει τὴν βασιλείαν δεξάμενος σοὶ καὶ ταύτην καὶ ἑμαυτὸν ἀνατίθημι." προσκαλεσάμενος δὲ αὐτίκα τοὺς 15 τῆς γερουσίας προκρίτους καὶ ἐν ἀξιώμασι προύχοντας, μετ' αὐτῶν τὸν τῶν βασιλείων θησαυρῶν ἀνέωξε φύλακα· καὶ οὐδὲν ἕτερον ἐκ τοῦ τοσούτου τῶν χρημάτων πλήθους εὐρέθη πλὴν τρία καὶ μόνα, καθὼς ἦδη καὶ πρὸ ὀλίγου μοι εἴρηται, κεντηνάρια. 20 ζητήσας οὖν ὁ βασιλεὺς τὴν τῆς ἐξόδου καταγραφὴν, καὶ ταύτην εὐρῶν παρά τινι τῶν εὐνούχων γέροντι τῷ πρωτοσπαθαρίῳ Βασιλείῳ, καὶ γνοὺς ὅπου ταῦτα ἐχώρησε, βουλὴν περὶ τούτου τοῖς ἀρίστοις προύθηκεν· ὧν ἡ ψῆφος ὁμοφώνως συνάδουσα αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς κακῶς ταῦτα λαβόντας ἀντιστρέψαι πρὸς τὸ δημό-

15 καὶ om A

16 θησαυρὸν A

20 τῶν πρωτοσπαθαρίων A

~~N~~c interficiant, student tollere qui ab eis creandum sibi periculum expectant. sic ille, turpiter ac exitiose sibi pariter rebusque vivens, talem ~~et~~ finem nactus est, iis condignum quae per vitam gesserat.

54. Quod ita Dalmatarum auxiliis a Romanis gestum erat, videntes, quas paulo superius memoravi nationes, Chrobati nimirum et Serbii et reliqui, eiusque qui tum rerum potiretur aequitatem in omnibusque iustitiam et virtutem audientes, beneque subesse quam periculose ausuque temerario praeesse ac imperare pluris facientes, operam adhibent ut ad pristinum redeant dominatum iterumque Romanis serviant. quare et ipsi oratores mittunt ad imperatorem, tum scilicet qui eadem ipsa integraque religione defecerant, tum qui excussa prima sua servitute ipsi sponte baptismum prorsus eiuraverant; quamque utiles quandoque Romanis exstitissent opportune memorantes, rogantesque humanissimo Romanae potentiae iugo ac illius ductori rectorique subiici. horum votis ac petitioni, ut quae niti ratione viderentur, se facilem praebens imperator (quippe qui etiam antea pro illis animi angeretur atque doleret, velut dicionis suae non modica accisa parte raptaque ac discerpta) placide, quemadmodum humanissimus pater filium qui stulte imperium detrectarat ductusque paenitentia redierat, ipse quoque istos admisit atque recepit; ac statim cum illis sacerdotes suoque nomine delegatum hominem misit, ut ante alia ab ipso animarum periculo eos eriperet ac pristinae fidei restitueret, atque ex delictis, quae vel igno-

ἀγνοίας ἢ ἀνοίας ἀπαλλάξῃ πλημμυημάτων αὐτοῦς. ἀνυσθέντος δὲ τοῦ τοιούτου θεοφιλοῦς ἔργου, καὶ πάντων τοῦ θείου μετασχόντων βαπτίσματος καὶ εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπανελθόντων ὑπό-
D πτωσιν, ἐδέξατο κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τὴν ὀλοκληρίαν ἢ βασιλείας ἀρχή, πάντων φιλανθρωπῶ τοῦ κρατοῦντος προστάγματι ἐκ τῶν 5 οἰκείων καὶ ὁμοφύλων θεξαμένων ἄρχοντας εἰς ἐπιστασίαν αὐτῶν. οὐ γὰρ ὠνόους ἐκεῖνος τὰς εἰς τὴν ἐπιστασίαν αὐτῶν εἶχεν ἀρχάς, ἵν' ἐντεῦθεν τοὺς πλεῖον διδόντας καὶ καλαμιωμένους αὐτοῦ τὸ ὑπήκοον εἰς τὸ τούτων κατεξουσιάζειν προβάλληται· καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐκλεγομένους καὶ οἷον εἰ χειροτονουμένους, 10 ὡς αἵρετοὺς ἄρχοντας καὶ πατρικὴν πρὸς αὐτοὺς διασώζειν ὀφείλοντας εὐνοίαν, ἄρχειν αὐτῶν νουνεχῶς διορίσατο. καὶ ταῦτα μὲν ταύτη.

P 181 55. Ἐπεὶ δὲ οἱ ἐπὶ τῆς ἐκμελοῦς τε καὶ ῥαθύμου βασιλείας πρὸς τὴν ἐπικράτειαν τῶν Ῥωμαίων διαπεράσαντες βάρβαροι καὶ 15 τοῦ Ῥαουσίου ἀποκρουσθέντες, καθάπερ ἤδη πρότερον εἴρηται, ἔτι κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριβον, συνεχῶς αὐτὴν κατατρέχοντες καὶ ἀφειδῶς ληϊζόμενοι, ὡς καὶ μέχρι τῶν πενήκοντα καὶ ἑκατὸν κάστρων τὰ μὲν ἐκ προδοσίας τὰ δὲ πολιορκία χειρώσασθαι, ἀκούων ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἠνιάτο σφοδρῶς, καὶ ταῖς περὶ τούτων 20 φροντίσιν ἐπαγρυπνῶν ἐζήτει πῶς ἂν εὐπετῶς δυνηθεῖν ἢ τελείως τροπώσασθαι τοὺς ἐχθροὺς ἢ κἂν ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας **B** ἀπώσασθαι καὶ ἐξελάσαι τὸ δυσμενές. καὶ τὰς μὲν ἤδη χάριν τῶν

7 τὴν om A

εἶχεν ἀρχάς, ἵν'] οὐχ ἵνα A

21 τέλος A

rantia vel dementia ac temeritate contraxerant, liberaret. peracto autem religioso istiusmodi opere, cunctisque divino baptismo impartitis atque Romanorum fascibus inclinatis, hac parte redintegratus est imperatoris principatus, cunctis humanissima eius iussione ex suis eiusdemque gentis hominibus, magistratus rectoresque, qui illis imperio praeesent, accipientibus. non enim ille magistratus illis praepositos venales habuit, ut inde eaque ratione, qui plus darent exque subditis amplius meterent, illis praeficeret; sed qui ab eis ipsis electi essent ac velut suffragio creati, tanquam arbitros magistratus paternaque benevolentia eos prosecuturos, eis pro imperio praeesse prudenter constituit. atque haec quidem ita se habuere.

55. Quod vero barbari, qui sic neglecto segniterque administrato imperio in Romanam dicionem traiecerant pulsique Ragusio fuerant, uti iam dictum est, adhuc in Italia fixo pede continue eam incursabant direque desolabant, centum quinquaginta munitis oppidis, qua spontanea deditioe qua obsidione vique in potestatem suam redactis, audiens imperator valde animo discruciabatur; horumque solitudine invigilans modum quaerebat, quo facile vel hostes penitus fundere liceret vel a Romana saltem procul dicione abigere ac propellere. iam itaque quae

Ῥαουσαίων καὶ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Δαλματῶν προαποσταλείσας
 δυνάμεις, ὧν ἦρχεν, ὡς φθάσαντες εἶπομεν, ὁ κατὰ τὸν Ὠορύ-
 φαν Νικήτας πατρικίος, οὐκ ἄξιομάχους πρὸς τὴσάυτην τῶν βαρ-
 βάρων πληθὺν ἐδοκίμασε, μάλιστα διὰ τὸ χρεῖαν εἶναι καὶ πρὸς
 5 τὴν μεσόγειον πολλάκις ποιῆσθαι τὰς συμπλοκάς καὶ πολὺ τῆς
 θαλάττης ἀπαρτῆσθαι, ὅπερ ἐδόκει πρὸς νηίτην στρατὸν ἀσύμ-
 φερον καὶ ἀδύνατον· ἄλλας δὲ πάλιν ἀπ' ἐντεῦθεν ἀποστέλλειν
 δυνάμεις οὐκ ἔκρινεν εἶναι λυσιτελές διὰ τε τὸ τῆς ἐκστρατείας δα-
 πανηρὸν καὶ τὴν χρεῖαν τὴν τῶν ἐνταῦθα χωρῶν. καὶ συνετῶς
 10 βουλευσάμενος πρὸς Λοδοῖχον τὸν ῥῆγα Φραγγίας καὶ τὸν πάπαν C
 Ῥώμης διαπρεσβεύεται συνεπικουρῆσαι ταῖς ἐντεῦθεν δυνάμεισι
 καὶ μετὰ τούτων συμπαρατάξασθαι κατὰ τῶν ἐν Βάρει κατοικη-
 σάντων Ἀγαρηνῶν, κελύσας καὶ τὰς ὀλίγῃ πρόσθεν μνημονευ-
 θείσας χώρας τῶν Σκλαβηνῶν συνεπιλαβέσθαι τοῦ ἔργου, διὰ τῶν
 15 Σοικητόρων Ῥαουσίου καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐγχωρίων πλοίων πε-
 ραιωθέντας τὸ πέλαγος Δαλματῶν. ὧν ὁμοῦ πάντων γεγενημέ-
 νων καὶ μεγάλης ἀθροισθείσης δυνάμειος, ἐπεὶ καὶ ὁ Ῥωμαϊκὸς
 ναύαρχος συνέσει καὶ ἀνδρία πολὺ πάντων διέφερε, θῦττον ἢ
 Βάρις ἀλίσκεται. καὶ τὸ μὲν κάστρον αὐτὸ καὶ ἡ χώρα καὶ πᾶν
 20 τὸ ἀιχμάλωτον εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐξουσίαν ἀναλαμβάνεται, καὶ D
 τοὺς οἰκείους ἢ χώρα ἀπολαμβάνει οἰκήτορας, τὸν δὲ Σολδάνον
 ἐκεῖνον καὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν τῶν Ἀγαρηνῶν ὁ ῥῆξ Φραγγίας
 ἀναλαβόμενος ἐν Καπύῃ ἀπήγαγεν· ταύτης γὰρ αὐτὸς ἦρχεν ἔτι
 καὶ προσέτι Βενιβενδοῦ. καὶ ἡ μὲν πρώτη κατὰ τὴν ἐσπέραν

ante Ragusinorum causa gentisque omnis Dahmatarum missae fuerant
 copiae, Niceta Oorypha patricio ductore, ut supra diximus, adversus
 tantam barbarorum multitudinem haud satis pares existimans, ac vel
 maxime quod in mediterraneis haud raro manus conserendae essent
 longiusque a mari abscedendum, quod navalibus copiis haud conduceret
 nec certe ab illis praestari posset, alias vero rursus Byzantio copias
 mittere haud utile putans ob expeditionis nimios sumptus et Orientalis
 tractus regionum necessitatem, prudenti consilio inito ad Ludovicum
 Franciae regem et ad Romanum antistitem legatos mittit, ut abs se
 missis copiis opem ferant ac cum eis adversus Agarenos Bariii sedes
 habentes pugnam instruant, iubens ut et quas paulo ante memoravimus,
 Sclavenorum gentes institutum suum iuvent, transmisso Ragusii incola-
 rum ope suisque ipsorum navigiis Dahmatarum mari. hoc modo coniun-
 ctis viribus ingens contractus est exercitus; quodque Romanae classi
 praefectus longe omnibus solertia ac fortitudine praestaret, Bariium brevi
 capitur; oppidumque ipsum et ager omnesque captivi in Romanorum
 potestatem cedunt, suosque regio cives ac colonos recipit. rex Fran-
 ciae Soldanum illum subditosque Saracenos sibi ipse captivos sumens
 Capnam adduxit, cuius illa ditionis erat ut et Beneventum. huncque

στρατεία τῷ βασιλεῖ τοιοῦτον πέρας ἐδέξατο, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν λαφύροις καὶ τῇ δόξῃ κατεκοσμήθη ἢ βασιλεύουσα.

— 56. Ἐπειδὴ δὲ πολλάκις ἡ ἱστορία φιλεῖ καὶ ταῖς κατὰ παρέκβασιν διηγῆσαι τὸν λόγον ποικίλλειν καὶ τὰς τῶν ἐντυγα-
P 182 νότων ψυχαγωγεῖν ἀκοάς, ἐπεξηγητέον καὶ ὅσα μεταξὺ τοῦ ῥηγὸς 5
Φραγγίας καὶ Σολδάνου τοῦ Ἀφρικῆς ἀμηρᾶ καὶ τῶν οἰκητόρων
Καπύης καὶ Βενεβενδοῦ συνέβη καταπραχθῆναι. ἐπὶ διετίαν γὰρ
ἐν Καπύῃ συνῶν ὁ Σολδάνος τῷ τῆς Φραγγίας ῥηγὶ οὐδέποτε
ᾤφθη ὑπὸ τινος τὸ παράπαν γελῶν. ὁ δὲ ῥῆξ τῷ κατάφωρον
αὐτὸν γελῶντα πεποιηκότι χρυσίου δόσιν κατεπηγγέλατο. προσ- 10
ῆγγειλεν οὖν τίς ποτε τῷ ῥηγὶ γελῶντα τὸν μέχρι τότε σκυθρωπὸν
Σολδάνον θεύσασθαι, καὶ τούτου παρείχετο μάρτυρας. ὃν κα-
λέσας ὁ ῥῆξ τὴν αἰτίαν τῆς μεταβολῆς καὶ τοῦ γέλωτος ἐπυνθά-
B νετο. ὁ δὲ “ἄμαξάν” φησι “κατιδῶν καὶ τοὺς ταύτης κατανοή-
σας τροχοῦς, πῶς καὶ τὸ μετέωρον τούτων ταπεινοῦται καὶ τὸ 15
ταπεινὸν αὐθις μετεωρίζεται, καὶ ὡς εἰκόνα ταῦτα λαβὼν τῆς
ἀσταθμῆτος καὶ ἀβεβαίου τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίας, ἐγέλασα
ἅμα μὲν ἐνθυμηθεὶς πῶς ἐφ’ οὕτως ἀβεβαίων πραγμάτων ἐπαι-
ρόμεθα, ἅμα δὲ καὶ οὐκ ἀδύνατον οἰηθεὶς τὸ καὶ ἐμέ, ὥσπερ ἐκ
μετεώρου γέγονα ταπεινός, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ χαμερποῦς ἐνδέχε- 20
σθαι πάλιν ἀρθῆναι πρὸς μέγεθος.” ἄπερ ἀκούσας ὁ ῥῆξ, καὶ
ἐν νῷ τὰ οἰκεῖα λαβὼν καὶ ἐκεῖνον συνετὸν λογισάμενος, ἤρξατο

5 μετὰ P

21 ὅπερ P

prima imperatoris in Occidentem expeditio nacta finem est; eiusque spo-
liis ac claritate urbs Augusta ornatur.

56. Quod vero haud raro historia etiam narrationibus quae parum
ab scopo excurrere videntur, quandam sermoni varietatem non illubens
conciliat, eaque legentium animos afficit ac recreat, operae pretium vi-
deatur ut et ea referamus quae inter regem Franciae et Soldanum
Africae ameram civesque Capuae et Beneventi contigere. Soldanus enim
annos duos cum rege Franciae Capuae moratus nunquam ab ullo pror-
sus visus est ridere. rex, si quis ridentem deprehendisset, auro do-
nandum pollicitus est. nuntiavit itaque quispiam regi vidisse se Solda-
num ridentem, qui hactenus maestus severoque vultu exstitisset; rei que
profert testes. vocavit ad se rex Soldanum, exque illo mutationis ac
risus causam sciscitatus est. cui ille “videns” inquit “currum, eiusque
rotas considerans, quomodo aliae earum partes e sublimi axe in imum
deprimantur ac rursus ex humili in altum tollantur, atque hanc ego in-
certae ac inconstantis hominum felicitatis imaginem sentiens, risi, simul
etiam cogitans quam de re instabili superbia inflamur; ac denique hoc
fieri posse iudicans, ut quomodo ex summo infimus sum factus, ita ex
humili rursus loco ad prius fastigium attollar.” his rex auditis, deque
suo statu cogitans, illumque virum prudentem iudicans, libere postmo-

παρρησίας καὶ συνδιαιτήσεως μεταδιδόναι αὐτῷ. (57) ὁ δὲ C
 πανοῦργος ὢν καὶ δόλων Ποινικῶν οὐκ ἀμέτοχος ἐκ τῆς ἐκατέρων
 ἔγνω διαβολῆς σωτηρίαν ἑαυτῷ πραγματεύεσθαι. πολλάκις γὰρ
 πρὸς αὐτόν, καὶ ὡς ἐκ γεροντικῆς ἐμπειρίας συνετὸν καὶ σοφὸν
 δ καὶ ὡς ἔξ εὐτυχοῦς δυστυχῆ, οἱ τῶν κάστρων Καπύης καὶ Βενε-
 βενδοῦ παρεγίνοντο ἄρχοντες. ὁ δὲ τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν πλατ-
 τόμενος ἐξενεγκεῖν τι πρὸς αὐτοὺς ἀπόρρητον βούλευμα τοῦ ῥηγὸς
 ἔλεγεν βούλεσθαι, δεδοικέναι δὲ τὸν ἐκ μηνύσεως κίνδυνον. τῶν
 δὲ διομοσαμένων ἀνέκφορον ποιήσασθαι τὸ λαλούμενον, ἔφη βού-
 10 λείσθαι τὸν ῥῆγα πάντας ὑμᾶς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χώραν τῆς Φραγ-
 γίας σιδηροδεσμίους ἐκπέμψαι ὡς οὐκ ἄλλως οὔσης αὐτῷ ἀσφα-
 λοῦς τῆς τῶν ὑμετέρων διακρατήσεως πόλεων. τῶν δὲ μὴ πάνυ D
 πιστὸν τέως ἠγησαμένων τὸ μηνυόμενον, ζητούντων δὲ σαφεστέ-
 ραν ἔτι κατάληψιν, πάλιν πρὸς τὸν ῥῆγα ὁ Σολδάνος τοιαῦτα
 15 φησίν, ὡς οὐκ ἔστι σοι ἀσφαλῆς ἢ τῶν κάστρων τούτων κατά-
 σχεσις, ἕως οἱ τούτων ἄρχοντες ἐνταῦθα ἐπιχωριάξουσιν· ἀλλ' εἰ
 βούλει βεβαίως δεσπόζειν αὐτῶν, τούτους θᾶττον πρὸς Φραγγίαν
 δεσμίους ἀπόστειλον. πεισθεῖς οὖν τοῖς τοιούτοις λόγοις ὁ ῥῆξ
 ἀλύσεις διωρίσατο συντόμως χαλκευθῆναι ὡς ἐπὶ χρεῖα κατεπει-
 20 γούση τι. ἰδὼν οὖν αὐθις ὁ Σολδάνος τοὺς ἄρχοντας, "οὐδ'
 ἔτι μοι" φησὶ "πιστεύετε περὶ ὧν ἔλεγον; ἐρευνήσαντες ἴδετε τί P 183
 οἱ χαλκεῖς πάντες ἐργάζονται τῇ τοῦ ῥηγὸς προστάξει· καὶ ἐὰν

16 ἐγχωριάξουσιν P

dum secum congregari ac versari permisit. (57) at Soldanus, homo vafer
 et astutus nec Punicae fraudis expers, alios aliis vicissim calumniando
 ac committendo salutem sibi procurandam decrevit. haud raro enim ad
 eum, velut senili experientia catum hominem ac sapientem exque pro-
 spera fortuna infelici iam usum, Capuae ac Beneventi proceres venie-
 bant. quibus ille, amicitiae larvam simulans, "velle se" aiebat "regis
 ad eos consilium arcanum proferre, sed metuere, quod inde eaque de-
 nuntiatione periculum sibi immineret." at ille iureiurando affirmare,
 quod dixerit, religiose iis secreto tegendum esse. tum ille "hoc regi
 constitutum, ut vos omnes ferro vinctos in regionem suam Franciae
 mittat, quippe qui non aliter vestrarum urbium se tuto potiturum exi-
 stimet." illis vero non certam omnino fidem eius verbis habentibus,
 sed certius adhuc illorum argumentum quaerentibus, rursus Soldanus ad
 regem talia proloquitur. "non potes has urbes tuto in ditione tenere,
 quamdiu primores civium hic sedes habent. itaque si hoc animo es ut
 firmiter tui eas iuris retineas, vinctos illos quantocius mitte in Fran-
 ciam." his persuasus rex catenas brevi fabricari, quasi aliqua necessi-
 tate urgente, praecipit. convisens rursus Soldanus patricos "ne nunc
 quidem" inquit "mihi fidem adhibetis, verbaque mea negligitis? scruta-
 mini, exquirite, quid fabri omnes regis iussu construant; ac si catenas

εὔρητε ἀλύσεις τε καὶ δεσμά, μὴ ἀπιστήσητε τῶν πρὸς σωτηρίαν ὑμῶν λεγομένων ὑμῖν.” γνόντες οὖν ἐν τούτοις τὸν βάρβαρον οἱ ἄρχοντες ἀληθεύοντα οὐδὲ πρὸς τᾶλλα ἔτι ἠπίστησαν, τρόπον δὲ ἐζήτουν ὅπως τὸν ῥῆγα ἀμύνωνται. καὶ δὴ μετ’ ὀλίγον πρὸς κυνηγέσιον ἐξελθόντος αὐτοῦ, ἀποκλείουσι κατ’ αὐτοῦ τὰς πύλας δ καὶ οὐκέτι τὴν εἴσοδον συγχωροῦσιν αὐτῷ. ὁ δὲ μηδὲν ἐκ τούτου παραχρῆμα δυνάμενος πράξασθαι πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν αὐθις ἀνθυπενόστησε. (58) πρόσεισιν οὖν τοῖς ἄρχουσιν ὁ Σολδάνος, B τὴν χάριν τῆς μηνύσεως ἀπαιτῶν· ἡ δὲ ἦν τὸ πρὸς τὴν οἰκείαν πατρίδα συγχωρηθῆναι αὐτῷ ἀπελθεῖν. συγχωρηθεῖς οὖν καὶ 10 κατὰ Καρχηδόνα γενόμενος καὶ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἀπολαβὼν καὶ τοῦ κακῆς εἶναι μὴ ἐκστὰς ἐκστρατεύει κατὰ Κυπύης τε καὶ Βενεβενδοῦ, τὰ χαριστήρια τούτοις τῆς σωτηρίας ἀποδιδούς. οἱ δὲ πρὸς τὸν ῥῆγα διαπρεσβεύονται. ἀλλὰ μεθ’ ὕβρεως ἀποπέμπονται, ἐπιχαίρειν εἰπόντος τῇ ἀπωλείᾳ αὐτῶν. στέλλουσιν ἄγγελον 15 πρὸς τὸν βασιλέα οἱ τῶν τοιούτων κάστρων ἐξηγούμενοι. συμπαθῆς οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ φιλόανθρωπος ὢν θῦττον ἐκπέμπει τὸν πρεσβευτὴν δηλώσοντα τούτοις προσδέχεσθαι συντόμως τὴν ἐντεῦθεν βοήθειαν. γίνεται δὲ τοῖς πολεμίοις ἐγκρατῆς ὁ τῆς ἀγγε- C λίας διάκονος πρὸ τοῦ δοῦναι τὰς ἀποκρίσεις τοῖς ἀποστείλασι. 20 λέγει οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ Σολδάνος ὡς εἰ ὑπηρετήσεις μου τῷ βουλήματι, καὶ σωτηρίας ἀξιωθήσῃ καὶ δωρεῶν ἀπολαύσεις. τοῦ

10 αὐτὸν A

12 τε om P

16 τὸν om A

et vincula inveneritis, iis quae vestrae salutis causa a me vobis dicuntur nolite fidem abnuere.” intelligentes itaque patricii barbarum, quod ita diceret, vera loqui, nec de aliis iam diffisi sunt. modum ergo quaerebant quo regem ulciscerentur. brevi itaque cum venatum egressus esset, urbis portas ei claudunt nec amplius ingredi sinunt. is vero, cum nihil in promptu esset quod quasi ulturus in eos facere posset, in patriam iterum reversus est. (58) accedit ad patricios Soldanus, indicati secreti mercedem accepturus. ea erat ut in patriam reverti sineretur. facta ergo abeundi licentia cum venisset Carthaginem, receptoque proprio principatu, nec a malitia discedens, adversus Capuam et Beneventum, acceptae salutis gratiam iis redditurus, proficiscitur. missa ad regem ab oppidanis legatio petitum auxilia: verum dimissi contumeliose legati, addente rege “illorum se magis gratulari exitio.” mittunt itaque arcium praefecti nuntium ad imperatorem. is porro, humano cum esset pronoque ad miserendum ingenio, statim legatum remittit nuntiaturum ut ad se brevi mittenda auxilia expectent. capitur nuntii minister ab hostibus, nondum perlato responso ad eos a quibus missus erat. cui Soldanus “si meae voluntati morem gesseris, cum salutem tum vero munera ex me consequeris.” assentiente illo, ac quicquid iasserit

δὲ συνθεμένου τὸ κεκελευσμένον ἅπαν ποιεῖν, “βούλομαι” ἔφη
 “στῆναί σε τοῦ κάστρου ἐκτός, καὶ τοῖς ἔνδον εἰπεῖν ὡς ἐγὼ μὲν
 τὴν διακονίαν μου ἐξεπλήρωσα καὶ τὰ προσταγέμενα μοι πάντα πε-
 ποίηκα· ἀλλ’ ἐκ τοῦ βασιλέως βοήθειαν μὴ προσδέχεσθε· οὐ γὰρ
5 ἤκουσεν ὑμῶν τῆς δεήσεως.” ὑποσχομένου δὲ αὐτοῦ ταῦτα οὕτως
 εἶρεῖν, ἀποστέλλεται μετὰ τῶν τοῦ Σολδάνου ὑπηρετῶν τοῦ ταῦτα
 πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει εἰπεῖν. ὁ δὲ πλησίον τοῦ τείχους γενόμενος, **D**
 καὶ τοὺς πρώτους παραγενέσθαι τῆς πόλεως πρὸς τὴν ἀκρόασιν
 αἰτησάμενος, ἔφη “εἰ καὶ πρόδηλός μοι τυγχάνει ὁ θάνατος καὶ
10 ἐν χερσὶν ἢ σφαγῇ, ἀλλ’ ὅμως οὐκ ἀποκρύψομαι τὴν ἀλήθειαν.
 πλὴν αἰτῶ καὶ ὀρκίζω ὑμᾶς ἀποδοῦναί μοι τὴν χάριν εἰς τὰ ἐμὰ
 ἔκγονα καὶ τὴν σύνευνον. ἐγὼ γάρ, ὡ κύριοί μου, εἰ καὶ νῦν
 ταῖς τῶν πολεμίων περιεσχέθην χερσίν, ἀλλ’ ὅμως τὴν διακονίαν
 μου ἐπλήρωσα καὶ τὴν παρ’ ὑμῶν πρεσβείαν τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων
15 προσήγαγον, καὶ συντόμως προσδέχεσθε τὴν ἐκεῖθεν βοήθειαν.
 διὸ στῆτε γενναίως καὶ μὴ δειλανδρήσητε· ἔρχεται γὰρ ὁ ὑμᾶς
 ἐνδύμενος, εἰ καὶ μὴ ἐμέ.” ταῦτα οὖν οἱ τοῦ Σολδάνου ὑπηρέται **P 184**
 ἀκούσαντες καὶ πρὸς τὴν ἀπάτην ἐκμανέντες σφοδρῶς, εὐθέως
 αὐτὸν τοῖς ξίφεσι κατακόπτουσι. φοβηθεῖς οὖν ὁ Σολδάνος τὴν
20 ἐκ βασιλέως προσδοκωμένην δύναμιν ἔλυσε τὴν πολιορκίαν καὶ
 πρὸς τὴν οἰκείαν χώραν ὑπέστρεψεν. καὶ τὸ ἀπὸ τούτου διέμει-
 ναν πιστοὶ βασιλεῖ οἱ τῶν τοιούτων ἐξηγούμενοι κάστρων, καὶ
 ταῦτα πρὸς τὴν αὐτοῦ συνετήρησαν δούλωσιν.

2 ὡς om P
 λιανδρήσητε A

3 πεπλήρωκα P

16 δειλανδρήσητε P, δει-

facturum se pollicente, “vole” inquit “ut extra muros constitutus in
 haec verba cives alloquaris. ego quidem ministerium meum implevi, et
 quae iussus eram cuncta feci: nulla tamen vobis praesto fore ab impe-
 ratore auxilia existimetis: non enim petitioni vestrae aures praebuit.”
 haec se ita dicturum pollicitus mittitur cum Soldani ministris, ut cives
 alloquatur. prope itaque muros admotus, rogansque adesse primores
 civitatis, ut audiant, inquit: “etsi manifesta mors mihi imminet caedes-
 que in promptu est, non tamen vos veritatem celabo. verum rogo atque
 obtestor ut in liberis atque uxore gratiam mihi rependatis. ego enim,
 domini mei, etsi nunc hostium manibus teneor, meum tamen munus im-
 plevi, vestraque ad Romanorum imperatorem legatione functus sum; ab
 eoque brevi vobis ventura auxilia exspectate. quare state fortiter, nec
 ignavia torpeatis. veniet enim qui vos liberabit, quanquam me peri-
 culo non eximet.” quibus auditis Soldani ministri, factaque sibi fraude
 vehementi furore iraque conciti, eum statim gladiis conscindunt. veritus
 itaque Soldanus exspectatas ab imperatore copias obsidionem solvit et
 ad propria rediit. ex eoque tempore urbium illarum praefecti Romanae
 rei fideles perstiterunt, easque in imperatoris obsequio conservarunt.

59. Συνέβη δὲ κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους καὶ ἄλλον στό-
 λον Ἀγαρηνῶν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ἐλθεῖν· ἀλλὰ ταῖς
 τοῦ βασιλέως ἐπιμόνοις δεήσεσι πρὸς θεὸν καὶ ταῖς ἔμφορσι δια-
 τάξεσι καὶ τῇ δεούσῃ τῶν πραγμάτων μεταχειρίσει μετὰ τῶν Ῥω-
 B μαίων ἢ νίκη ἐγένετο καὶ δυσκλεῖα τὴν ἤτταν οἱ ἐκ τῆς Ἀγαρ ἠνέγ- 5
 καντο. ὁ γὰρ τῆς Ταρσοῦ ἀμηρᾶς, ὃς Ἐσμᾶν ὠνομάζετο, τριά-
 κοντα πλοίων μεγίστων, ἃ κομβάρια λέγεται, στόλον ἔξαρτυσά-
 μενος κατὰ τοῦ κάστρου Εὐρίπου ὀπλίζεται. τοῦ δὲ στρατηγοῦ
 Ἑλλάδος (ὁ Οἰνιάτης οὗτος ἦν) κελεύσει βασιλικῇ τὸν ἱκανὸν εἰς
 φυλακὴν τοῦ κάστρου λαὸν ἀπὸ πάσης Ἑλλάδος εἰσαγαγόντος καὶ 10
 τοῖς τείχεσι τὰ ἀρμόζοντα παρασκευασαμένου ἀμυντήρια, ὡς εἶ-
 δον οἱ ἐκ τοῦ κάστρου τὰ πλοῖα τοῖς τείχεσι πλησιάζοντα καὶ τοὺς
 βαρβάρους βελῶν ἀφέσει συχνῶν ἀναστέλλειν καὶ ἀπωθεῖν πειρω-
 μένους τοὺς ἔνδον ἐκ τῶν τειχῶν, θυμοῦ καὶ προθυμίας πλήρεις
 C γενόμενοι γενναίως ἀντηγωνίζοντο, καὶ τοῖς πετροβόλοις ὄργανοις 15
 καὶ τοξοβαλλίστραις καὶ ταῖς ἐκ χειρῶν τῶν λίθων ἀφέσει χρώμε-
 νοι συχνοὺς τῶν βαρβάρων καθ' ἐκάστην ἀνήλισκον. οὐ μόνον
 δὲ ἀλλὰ καὶ τῶν νεῶν τὰς πλείστας ἐπιφόρου γενομένου τοῦ πνεύ-
 ματος τῷ ὑγρῷ πυρὶ κατενέπρησαν. ἀπορῶν οὖν καὶ δυσθυμοῦν
 ὁ βάρβαρος, καὶ εἰδὼς ἐφέσει χρημάτων ἐκόντας τοὺς πολλοὺς 20
 ἀποθνήσκοντας, ἀσπίδα μεγάλην πρὸ τοῦ χάρακος θείσ καὶ χρυ-
 σίου ταύτην πεπληρωκὼς "τοῦτο γέρας" ἔφη "καὶ ἀριστεῖον ἐγὼ
 δίδωμι, μετὰ καὶ παρθένων ἐπιλέκτων τὸν ἀριθμὸν ἑκατόν, τῶ
 πρώτῳ ἐπιβάντι τοῦ ἄστεος καὶ τοῖς ὁμοφύλοις βραβεύσαντι τὸ

4 Ῥωμαϊκῶν A

8 Ἐρίπου A

15 τοῖς om P

59. Contigit vero per haec tempora ut et Agarenorum classis Ro-
 manam dicionem invaderet. verum imperatoris assiduis ad deum preci-
 bus solertibusque statutis nec non commoda rerum administratione, vi-
 ctoria a Romanis stante, Agareni probrosa clade affecti sunt. Tarsi
 enim ameras, Esmanus nomine, maximarum triginta navium (quas com-
 baria vocant) instructa classe Euripi arcem aggreditur. Helladis prae-
 tor (Oeniates hic erat) imperatoris iussu iustas satis copias ad tuendam
 urbem ex omni Graecia inducit, et in moenibus praesidia apta disponit.
 tum videntes oppidani naves moenibus propinquare, barbarosque spissis
 sagittarum ictibus eos qui in muris erant conantes repellere, ira ac ar-
 dore plenis animis strenue impetum sustinebant, petrariisque et arcuba-
 listis ipsaque manuum vi intortis lapidibus multos quotidie barbarorum
 necabant. neque id modo, sed et maximam classis partem, secundum
 nacti ventum, igni Graeco incenderunt. anceps itaque animi aegreque
 ferens barbarus, haud ignarus pecuniarum amore non paucos sponte se
 morti obiicere, ingenti scuto auro pleno pro vallo exposito, "hoc" inquit
 "praenium ac honorarium illi dabo, nec non lectas virgines centum,
 qui primus muros conscenderit suisque tribulibus victoriae auctor existi-

νικᾶν.” ὅπερ οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως θρασυμένοι, καὶ τὸν νοῦν τοῦ D
πραττομένου κατανοήσαντες, τοῖς παρακλητικοῖς τῶν λόγων ἑαυ-
τοὺς παρεθάρρυνον, καὶ ὑφ’ ἐν σύνθημα τῶν πυλῶν αὐτοῖς ἀνα-
ζυγισῶν ἀνδρείως κατὰ τῶν βαρβάρων ἐξώρμησαν. καὶ πολλῶν
S ἀναιρουμένων, δεξαμένου δὲ καὶ τοῦ ἀμηρᾶ καιρίαν πληγὴν καὶ
πεσόντος, ἐτράπησαν οἱ λοιποὶ καὶ τῶν διωκόντων ἐπικειμένων
μέχρι τῶν ὑπολοίπων νεῶν κατεσφάττοντο, καὶ φόνος ἐγένετο τῶν
βαρβάρων πολὺς. οἱ γὰρ περιλιπεῖς ὀλίγας πληρώσαντες τῶν νεῶν
μετ’ αἰσχύνῃς ἀπέφυγον πρὸς τὰ ἴδια. οὕτως ὁ βαρβαρικὸς στό-
I O λος δίχῃ ναυτικῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως, ταῖς τοῦ βασιλέως
εὐχαῖς καὶ ταῖς τῶν ἀντιπαραταξαμένων ἀλκαῖς, περιφανῶς ἤτ-
τήθη καὶ δυσκλεῶς ἀνεχώρησεν.

60. Οὕτω δὲ τοῦ ἀπὸ Ταρσοῦ διασκεδασθέντος νέφους, P 185
αἱ ἀπὸ Κρήτης αὐθις ἀντηγείροντο θύελλαι. τοῦ γὰρ Σαῆτε ἐκεῖ-
15 νου τοῦ Ἀποχάψ τῆς τοιαύτης ἀμηρεύοντος νήσου, ἔχοντος δὲ καὶ
Φώτιόν τινα συνεργόν, ἄνδρα πολεμιστὴν καὶ δραστήριον, ἐπὶ
καὶ εἴκοσι κομβάρια κατὰ Κρήτην ἐγένετο. προσῆν δὲ αὐτοῖς
ἀναλόγως καὶ πλῆθος μυοπαρώνων καὶ πεντηκοντόρων, ἃς σα-
κτούρας καὶ γαλέας ὀνομάζειν εἰώθασι πάμπολλοι. μεθ’ ὧν κατὰ
20 τῆς Ῥωμαίων ἐξιόντες ἐπικρατείας καὶ πάντα τὸν Αἰγαῖον κατα-
ληϊζόμενοι, πολλάκις δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ Προικον-
νήσου ποιούμενοι τὴν ἐπέλευσιν, πολλοὺς ἠνδραποδίζοντο καὶ διέ-
φθειρον. προσβυλῶν δὲ τῷ τηνικαῦτα τῷ τοιούτῳ ναυτικῷ τῶν B

18 ἄ A

19 γαλαίας A

terit.” viderunt cives, et quo res spectaret animadvertentes verbis se
mutuo exhortantur; hisque animati, ex composito reseratis foribus, in
barbaros fortiter irrumpunt. multisque caesis, ipsoque amera letali vul-
nere accepto demortuo, ceteri in fugam versi insequentibus ad reliquas
usque naves victoribus contrucidabantur. ingensque barbarorum facta
strages. qui residui fuerunt, paucis navibus impletis ad sua cum probro
diffugerunt. in hunc modum navalis barbarorum exercitus absque na-
valibus Romanis copiis, imperatoris precibus pugnantiumque forti robore,
illustri profligatus victoria est ac inglorie abscedere coactus.

60. Sic vero Tarsensi dissipata nebula, Cretenses rursus exortae
sunt procellae. Saete enim APOCHAPSIS filio eius insulae amera, sed et
PHOTIO viro strenuo ac bellatore illi socio ac administro, septem ac vi-
ginti combariis instructa classe; pro quorum numero et ratione myopa-
ronum multitudo erat et penteconterorum (plerique sacturas galeasque
vocare sueverunt) cum illis in Romanae dicionis loca excurrentes Ae-
gaeumque omne depraedantes, nec raro ad ipsam in Hellesponto Proe-
connesum irrumpentes, multos captivos ducebant, alios contrucidabant.
congressus vero, cuius ante meminimus, Nicetas patricius, Romanarum

Κρητῶν ὁ προμνημονευθεὶς Νικήτας πατρίκιος, ὁ τῶν Ῥωμαϊκῶν τριήρων ἄρχειν λαχὼν, καὶ μάχην μετ' αὐτῶν καρτερὰν συστήσας, εὐθὺς τὰ μὲν εἴκοσι τῶν Κρητικῶν σκαφῶν τῷ ὑγρῷ πυρὶ συγκατέφλεξε, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῶν βαρβάρους μάχαιρα καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ διμερίσαντο· τὰ δὲ λοιπὰ φυγῇ τὴν σωτηρίαν, ὅσα τὸν ἀπὸ τῆς θαλάσσης διέφυγον κίνδυνον, ἐπορίσαντο.

61. Ἀλλὰ καίπερ οὕτως οἱ Κρηῖτες ἐλαττωθέντες καὶ δυστυχῶς ἔποστρέψαντες οὐκ ἠγάπησαν ἡρεμεῖν, ἀλλὰ πάλιν τῶν C κατὰ θάλασσαν πραγμάτων ἀντεῖχοντο, καὶ τὰ μᾶλλον τῆς βασιλίδος ἀπέχοντα, τὴν Πελοπόννησον καὶ τὰς κάτωθεν ταύτης νήσους φημί, παρελύπουν καὶ ἐλητίζοντο, τὸν ἀνωτέρω μνημονευθέντα Φώτιον ναύαρχον ἔχοντες. ἀποστέλλεται τοίνυν καὶ κατ' αὐτοῦ μετὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν τριήρων ὁ τούτων καλῶς ἀφηγούμενος Νικήτας, τὸν Ὠορύφαν φημί, ὃς αἰσίως χρησάμενος πλῶ δι' ὀλίγων ἡμερῶν καταλαμβάνει τὴν Πελοπόννησον. καὶ τῷ λιμένι 15 προσορμισάμενος Κεγχρεῶν, καὶ μαθὼν ὅτι τὰ δυτικώτερα Πελοποννήσου μέρη, Μεθώνην καὶ Πάτρας καὶ τὰ προσεχῆ Κορινθου χωρία, λυμáινεται τὸ βαρβαρικόν, βουλὴν βουλευέται συνετην καὶ σοφὴν. οὐ γὰρ ἔκρινε διὰ θαλάσσης τὴν Πελοπόννησον διελθεῖν καὶ διὰ τοῦ Μαλέου κάμψας τὸ τῶν χιλίων μιλίων μῆ· 20 κος ἀνυμετρήσασθαι καὶ τοῦ προσήκοντος ὑστερῆσαι καιροῦ, ἀλλ' ὡς εἶχεν, εὐθὺς ἐν νυκτὶ διὰ τοῦ κατὰ Κόρινθον ἰσθμοῦ πολυχει-

2 κρατερὰν P
μιλίων om A

16 προσορμίσας Κεγχρεῶν P

20 Μαλαίον AP

tunc triremium praefectus, fortique cum illis conserto praelio, statim ad viginti Cretensium naves igni Graeco combussit, harum classiaris barbaris, aliis alias gladio igni aqua absumptis. reliquae naves, quotquot maris periculo superiores exstiterant, salutem fuga quaesierunt.

61. Quanquam vero sic imminuto Cretensium numero, sicque illis infausto pugnae exitu, haud tamen ut quiescerent adduci potuere, sed rursus rei navali animum attendentes loca paulo a Byzantio remotiora, Peloponnesum scilicet posterioresque insulas, devastabant ac praedabantur, ductore classis, cuius supra meminimus, Photio. mittitur contra illum cum Romana classe, qui illi bene praeerat, Nicetas Oorypha. is fausta usus navigatione, paucorum dierum spatio, in Peloponnesum evasit; appulsusque ad Cenchreorum portum, cum didicisset occidentaliores Peloponnesi partes, Methonam Patrasque ac loca Corintho vicina, barbarorum classe late divexari atque diripi, prudens catumque consilium iniit. haud enim commodum existimavit Peloponnesum circumnavigare, et per Maleam flectendo mille miliarium spatium remetiri, commodique temporis iacturam facere ac rebus opportuni: verum ut ex itinere comparatus erat, statim noctu per Corinthiacum isthmum multorum adnixu

ρία καὶ ἐμπειρία πρὸς τὸ ἐκεῖθεν μέρος κατὰ τὸ ξηρὸν διαβιβάσας
 τὰς ναῦς ἔργου εἶχετο. καὶ οὕτω πεπυσμένοις τι περὶ τούτου
 τοῖς πολεμίοις αἰφνίδιον ἐπιφαίνεται, καὶ συγχέας αὐτῶν τῷ δέει
 τοὺς λογισμοὺς διὰ τε τὸ ἐκ τῆς προτέρας μάχης δέος καὶ διὰ τὸ
 5 τῆς ἐφόδου ἀπρόοπτον οὐδὲ συστήναι καὶ ἀλκῆς μεμνήσθαι παν- P 186
 τελῶς συνεχώρησεν, ἀλλὰ τὰς μὲν πυρπολήσας τὰς δὲ καταπον-
 τώσας τῶν πολεμίων νεῶν, καὶ τῶν βαρβύρων τοὺς μὲν ἀνελῶν
 τῷ ξίφει τοὺς δὲ ὑποβρυχίους τῷ βυθῷ ποιησάμενος, καὶ τὸν
 τούτων ἀρχηγὸν ἀνελῶν, τοὺς λοιποὺς διασκεδυσθῆναι κατὰ τὴν
 10 νῆσον ἠνάγκασεν· οὗς σαγηνεύσας ὕστερον καὶ ζωγρῶν διαφόροις
 τιμωραῖς ὑπέβαλε. τῶν μὲν γὰρ τὴν τῆς σαρκὸς ἀπέωσε δορᾶν,
 μάλιστα τῶν ἀρνησαμένων τὸ βάπτισμα τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο παρ'
 αὐτῶν ἀφαιρεῖσθαι λέγων, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἴδιον· ἐκ δὲ τῶν
 ἰμάντας ἀπὸ τοῦ ἰνίου ἄχρι τῶν σφυρῶν μετ' ὀδύνης δριμείας
 15 ἐξείλκυνεν· ἄλλους δὲ κηλωνείοις τισὶν αἰωρῶν, εἴτα ἀπὸ τοῦ μετ-
 εώρου πρὸς λέβητας πίσεως μεστοὺς ἐμβάλλων τε καὶ ὠθῶν, τοῦ B
 ἰδίου αὐτοῖς μεταδιδόναι βαπτίσματος ἔλεγε τοῦ ἐπωδύνου καὶ ζο-
 φεροῦ. οὕτως οὖν κατακερτομήσας, καὶ ἀναλόγους τῶν ἐργα-
 σθέντων αὐτοῖς ποινὰς εἰσπραξάμενος, τοῦ καὶ αὐθις κατὰ τῆς
 20 Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ἐκστρατεύειν οὐκ ὀλίγον δέος ἐνέβαλεν.

Ἄλλ' οὕτως μὲν τὰ μεσημβρινὰ διεσκέδαστο πνεύματα, καὶ
 ἀκλύστως ἐντεῦθεν τὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ κράτους σκάφος ηὔθύνετο·

11 γὰρ om P

14 ἠνίου AP

16 πρὸς τοὺς λέβητας P

18 ἀναλόγοις A, ἀναλόγας P

solertique experientia ad alterum littus per siccum ac continentem tra-
 ductis navibus opus accelerat, hostibusque nihil dum tale quid cogitan-
 tibus aut praemonitis repente ingruit; impletisque terrore eorum animis
 tum ob prioris pugnae cladisque recentem memoriam tum ob inexpect-
 atam irruptionem, nec coire nec prorsus fortitudinis meminisse per-
 misit, sed navium aliis igne absumptis aliis submersis, ipsorumque bar-
 barorum aliis ense sublatis aliis maris profundo mersis, ipsoque illorum
 duce interempto, reliquos per insulam dissipari coegit; quos ipsos postea
 intra casses adactos ac quasi venatu ac indagine captos diversis suppli-
 ciis subiecit, aliis cutem detrahit, iis maxime qui eiurati Christi ba-
 ptismatis rei essent, hoc ab eis auferri, non eorum aliquid proprium,
 dicens. aliis corrigias ab occipitio ad pedes usque malleosque acerbo
 cruciata extrahebat. alios tollentibus quibusdam sustollens, sic ex alto
 in lebetes pice plenos iniiciens pellensque, ipso illorum baptismo illos
 se impartiri aiebat, quanquam acerbo et caliginoso. sic subsannans,
 ac pro facinorum ratione debitis poenis excrucians, non levem timorem
 iniecit, ne deinceps Romanam dicionem armis infestare ac diripere au-
 deant.

Hoc modo meridianis flatibus dissipatis, Romani imperii navis a
 naufragio tuta dirigebatur. (62) ex Occidente saeva rursus procella

(62) ἐκ δὲ τῆς ἐσπέρας αὐθις κλύδων δεινὸς ἐπηγείρετο. ὁ γὰρ τῆς Ἀφρικῆς ἀμερμουμνῆς παμμεγέθεις ναῦς ἐξήκοντα τὸν ἀριθμὸν κατασκευασάμενος κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ἐξώρμησε, καὶ
C τὰ μεταξὺ ληϊζόμενος καὶ πολλὰ σώματα λαμβάνων αἰχμάλωτα ἄχρι Κεφαληνίας καὶ Ζακύνθου τῶν νήσων ἀφίκετο. ἄπερ ἀκη- 5
 κοῦς ὁ βασιλεὺς συντόμως πρὸς τὴν βοήθειαν διανίσταται, καὶ τὸν τῶν ναυτικῶν ἡγεμόνα δυνάμεων (Νάσαρ δὲ οὗτος ἦν) μετὰ δυνάμεως ἐκπέμπει ἀδράς, τριήρων τε καὶ διήρων καὶ ἄλλων νεῶν ταχυναυτουσιῶν πλῆθος ἐξαρτυσάμενος. σύντομον δὲ τὸν ἔκπλουν ὁ Νάσαρ πεποιηκῶς καὶ αἰσίοις χρησάμενος πνεύμασι δι' ὀλίγου 10
 μὲν χρόνου τὴν Μεθώνην κατέλαβε, θῦττον δὲ τὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἐπίθεισιν ἀπὸ τοιούτης αἰτίας διεκωλύθη ποιήσασθαι· τῶν γὰρ ἑρετῶν οὐκ ὀλίγοι πρὸς τὸν κίνδυνον ἀποδειλιάσαντες κατ' ὀλί-
D γους λαθραίως ἀπέφυγον, ὧν τῇ λειποταξίᾳ τὸ προσῆκον τάχος ἀφαιρεθεισῶν τῶν νεῶν, μὴ ἔχουσῶν τὴν μετὰ ῥυθίου σὺν ὀξύ- 15
 τητι κατὰ τῶν ἐναντίων ἐπέλασιν, οὐκ ἔκρινε δεῖν παρωπλισμένοις οὕτως κατὰ τῶν δυσμενῶν ἀπελθεῖν. μηνύει δὲ τὸ συμβὰν διὰ ταχυδρόμου τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ διὰ ταχείας ἀποστολῆς τῶν πρὸς τοῦτο ἐπιτηδείων πάντας τοὺς λειποτάκτας ἐζώγρησε καὶ ἐμφροῦ-
 ρους ἐποίησε. σκοπῶν δὲ ὅπως καὶ ὁμοφύλων φόνου τὰς χεῖρας 20
 τηρήσῃ καθαράς καὶ τὸ προσῆκον ἐμποιήσῃ δέος τοῖς ὑπολοίποις τῶν ἑρετῶν, ὡς ἂν μὴ καὶ ἄλλοις εἴη πρὸς μίμησιν ἢ τούτων κα-
P 187 κία καὶ ἐθελοκακῶσιν οἱ πλεῖστοι καὶ ῥαστωνεύωνται, βουλήν

3 σκευασάμενος P

8 ἀποπέμπει P

exoritur. Africae namque amer mumnes magnis navibus sexaginta instructus Romanam dicionem invasit; cunctaque interiecta diripiens ac multis adductis captivis ad Cephalleniam usque ac Zacynthum insulas pervenit. quibus auditis imperator ad opem ferendam quamprimum accingitur; navaliumque copiarum ducem Nasarum cum valida militum manu mittit, triremibus ac biremibus aliisque cursoriis navibus iisque multis stipatum. celeri Nasar navigatione ventisque secundis usus brevi Methonam venit: ne tamen citius hostes aggrederetur, tale quid obstaculo fuit. non pauci remigum, periculi metu deterriti, occulte paulatim diflugerant; quorum desertione, navibus ea quae deceret celeritate carentibus, deficiente remis impellentibus vehementi in hostem impetu, haud operae pretium putavit sic male instructa classe cum hostibus congregi, remque adeo per celerem cursorem denuntiare studet imperatori. ille, missis prompte qui ad hoc idonei essent, desertores omnes vivos capit et in carcerem trudit. spectans vero qua demum ratione et a tribulium caede impollutas manus servaret, et reliquis remigum quem par esset timorem incuteret, ne mollis eorum defectio in exemplum aliis cederet pluresque sic desertores ac elanguidi segnesque fierent, sapientissimum

βουλεύεται συνετήν. τῷ γὰρ τῆς βίγλης δρουγγαρίῳ διακελεύεται ἀπὸ τῶν ἐν τῷ πραιτωρίῳ δεσμίων τε καὶ κακούργων, ὧν ἐκ τῶν νόμων κατεψήφιστο θάνατος, τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ἔτι νυκτὸς οὔσης ἔξαγαγεῖν, καὶ τούτων ἀσβόλη τὰ πρόσωπα χρίσαντα, καὶ 5 τὰς ἐπὶ τοῦ γενείου καὶ τῆς κεφαλῆς τρίχας ψιλώσαντα διὰ φλογός, περιελεῖν αὐτῶν τὸ γνώρισμα τῆς μορφῆς, ἔξασφαλίσασθαι δὲ τοῦ μηδένα τῶν ἀπάντων τολμῆσαι προσειπεῖν αὐτοὺς ἢ προσφθέγγασθαι, ἐπιτίμιον δὲ τῆς τόλμης ὀρίσασθαι θάνατον, καὶ τούτους ὡς δῆθεν ἑξάρχους τῶν λειποτακτησάντων ἐκείνων 10 πλωτῶν ἐν τῷ ἵπποδρόμῳ διὰ μαστίγων ἐπεξελεθεῖν, καὶ ἐτοιμίως διὰ τῆς κατὰ τὴν πόλιν ἀγορᾶς περιηγκωνισμένους διεξελεθεῖν, B εἶτα ποδοκίχαις ἀσφαλισθέντας ἐκπεμφθῆναι πρὸς Πελοπόννησον, ὡς ἂν ἐν τῷ τόπῳ ὄθεν ἀποφυγεῖν ἐνομίζοντο, καὶ τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν προσδέξωνται. ὑπηρετήσασθαι δὲ πρὸς τοῦτο Ἰωάν- 15 νης ὁ στρατηγὸς ἐπετρέπη Πελοποννήσου, ὁ λεγόμενος Κρητικός· ὃς τῇ βασιλικῇ κελεύσει καθυπουργῶν ἰσαρίθμους τῶν ἀποσταλέντων δεσμίων ἐν Μεθώνῃ φούρκας στήναι προσέταξε καὶ τοὺς ὡς ἑξάρχους τῆς φυγῆς πεμφθέντας ἀνεσκολόπισεν. ἄπερ ὁ Ῥω- 20 μαϊκὸς στόλος ἀκούσας τε καὶ ἰδὼν ἐκείνους τε ὡς δειλοὺς καὶ ἀθλίους ὠκτείρησε καὶ αὐτὸς ἐπερρώσθη πρὸς τὰ δεινὰ, πᾶσαν ἀποθέμενος μαλακίαν τε καὶ τρυφήν, καὶ ἄγειν αὐτοὺς ταχέως πρὸς τοὺς ὑπεναντίους παρεκάλουν τὸν ἡγεμόνα. C

63. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ αὐτὸς τὸ λείπον τῆς στρατείας ἀπὸ

4 ἀγαγεῖν P
ζετο P

10 τῷ om P
14 δὲ om P

12 πεδοκίχαις P

13 ἐνομί-

init consilium. nempe excubiatarum drungario praecipit ut vincitorum in praetorio ac maleficorum, in quos legum severitate lata capitis sententia sit, triginta numero sub noctis adhuc tenebras educat, vultusque illorum fuligine oblinat, ac erasis flamma tum barbae tum capitis pilis formam omnem aboleat, ac unde dignosci possint, caveatque ne quis prorsus eos salutare vel alloqui audeat. qui secus faxit, is vero morte luat. hos porro ceu desertorum navalium capita in Hippodromo acriter caedat, citoque revinctis post terga manibus per urbis forum traducat, ac deinde noxiorum vinculis constrictos tuto in Peloponnesum mittat, ut quo loco fugam fecisse existimabantur, poenas debitas luant. in eam rem operam conferre iussus Ioannes Peloponnesi praetor, dictus Croticus. is porro imperatoris iussioni parens, pro vincitorum numero totidem furcas erigi iubens, ad se missos in eis suspendit quasi qui fugae auctores extitissent. quibus auditis visisque Romani classarii tum illos deplorare ut timidos atque miseros, tum ipsi ad mala quaeque ac gravia animis roborari, omnique semota mollitiae vitaeque deliciis, ut cito adversus hostes educat, imperatorem ducemque rogare.

63. Inter haec ipsi quoque ex Peloponnesiacis cohortibus ac Mar-

τῶν κατὰ Πελοπόννησον στρατιωτῶν καὶ Μαρδαϊτῶν ἀναπληρώ-
 σας, καὶ τὸν στρατηγὸν συνεργὸν προσλαβόμενος, πρὸς ἐπίθεσιν
 εὐτρεπίζεται. τῶν δὲ Σαρακηνῶν ἤδη πολλὴν δειλίαν τοῦ Ῥω-
 μαϊκοῦ καταγρόντων στόλου διὰ τὸ δοκεῖν τὸν μεταξὺ χρόνον μά-
 την αὐτοῖς κατατρίβεσθαι, καὶ ἐπ' ἀδείας πολλῆς ἀπὸ τῶν οἰ- 5
 κείων ἔξερχομένων νεῶν καὶ τὰς ὑποκειμένας ληϊζομένων χώρας
 καὶ νήσους, ἔξαίφνης πλησίον αὐτῶν ἀφανῶς γερονῶς ὁ τῶν Ῥω-
 μαίων στρατὸς ναυτικός, τὸ σύνθημα δόντος τοῦ στρατηγοῦ, ἐπι-
 D τίθεται τοῖς πολεμίοις ἀπροόπτως ἐν τῇ νυκτί. καὶ μήτε συστῆ-
 ναι μήτε πρὸς ἄλλήν τραπῆναι σχόντες καιρὸν δυστυχῶς ἀπεισφάτ- 10
 τοντο, καὶ αἱ τούτων ναῦς πυρὶ μετὰ τῶν ἐπιβατῶν καὶ τῶν σὺν
 αὐτοῖς κατεφλέγοντο. ὅσαι δὲ τὸν τοῦ πυρὸς κίνδυνον διέφυγον,
 ταύτας τῇ ἐν Μεθώνῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ φέρων ὁ Νάσαρ ὡς
 χαριστήρια ἐδώρησατο, καὶ ἀπὸ τῶν λαφύρων καὶ τῶν περιλει-
 φθέντων σωμάτων ὠφελήθηται τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν συνεχώρησεν. 15
 δηλοποιεῖ δὲ ταῦτα θᾶπτον τῷ βασιλεῖ, καὶ περὶ τοῦ τί χρῆ τὸ
 ἐντεῦθεν πράττειν καὶ ποῖ τραπέσθαι πυνθάνεται. ὃν ἐπὶ τοῖς
 πεπραγμένοις ἐπαινέσας ὁ βασιλεὺς προσωτέρω χωρεῖν ἐγκε-
 λεύεται.

P 188 64. Ἐπεὶ οὖν τοῖς προκατειργασμένοις πρόθυμος ἦν ὁ 20
 στρατὸς, διαπεραιουῖται πρὸς Σικελίαν καὶ Πάνορμον, καὶ τὰς
 ἐνταῦθα πόλεις, ὅσαι τοῖς ἐκ Καρχηδόνης Ἀγαρηνοῖς ἐτέλουν ὑπό-
 φοροι, ἐπιὼν ἐληϊζέτο· καὶ φορηγῶν νεῶν καὶ σκαφῶν παμπολ-
 λῶν ἐκράτησεν, ὧν ὁ φόρτος ἔλαιόν τε δαψιλές ἦν καὶ ἄλλα τῶν

12 κίνδυνον om A

14 περιληφθέντων AP

22 ἐκ om P

daitis suppletis auctisque ordinibus, ascitoque praetore adiutore, ad impressionem sese accingit. Saraceni Romanam classem ingentis ignaviae ac timiditatis iam insimulantes, quod frustra interim viderentur tempus terere, licenter admodum ac secure navibus egressi subiecta praedia insulasque diripiebant, cum repente improvisus eis accedens navalis Romanus exercitus, signoque dato, noctu inexpectatus hostes aggreditur; ac nec coeundi facta facultate nec animos sumendi, misere trucidabant, navesque cum vectoribus ac reliqua suppellectili et impedimentis igni cremabant. quae vero naves ignis ereptae periculo sunt, eas Nasar ecclesiae dei, quae est Methonae, velut gratiarum actionis munere donavit; manubiis atque captivis milites gaudere iisque ditari permisit. rei vero omnem eventum ocius imperatori significat, quidve in posterum agendum aut quo vertendus animus ducendaque classis sciscitatur. imperator ob praeclare gesta laudatum ulterius progredi iubet.

64. Alacri igitur exercitu superiori victoria in Siciliam Panormumque traiecit, urbesque ibi Agarenis Carthaginensibus tributarias diripit, praedasque agit. onerariae plures captae ac scaphae. onus olei ingens

τιμωτέρων πολλά. τοσοῦτον δέ φασιν ἐπευωνηθῆναι τότε τὸ ἔλαιον ἐκ τῆς τοιαύτης προσαγωγῆς ὥστε ὀβολοῦ τὴν λίτραν πιπράσκεσθαι. (65) διαπεράσας δὲ καὶ πρὸς τὰ τῆς Ἰταλίας μέρη ὁ αὐτὸς στόλος, καὶ ταῖς ὀπλιτικαῖς καὶ ἵππικαῖς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεσιν ἐνωθεὶς, ὧν Προκόπιος ὁ τοῦ βασιλέως ἡγεῖτο πρωτοβουσιάρχης καὶ Λέων ὁ τῶν Θρακῶν καὶ Μακεδόνων τότε στρατηγός, ὃν Ἀποστύππην ἐκάλουν, πολλὰ καὶ ἐπωφελῆ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ κατεπράξατο· τὸν τε γὰρ ἐξ Ἀφρικῆς αὐθις ἐξελθόντα στόλον ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Στήλαι ὁ αὐτὸς Νάσαρ κατεπολέμησε, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν κατεχόμενα κύστρα ἐν τε Καλαβρία καὶ Λαγοβαρδία, πλὴν ὀλίγων πάνυ, πάντα τῆς βαρβαρικῆς χειρὸς ἠλευθέρωσε καὶ πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν μετήγαγε. καὶ οὕτω μὲν ὁ ναυτικὸς στρατὸς κρείττων δόλου καὶ φθόρου φανείς καὶ νεμέσεως μετὰ πολλῶν λαφύρων καὶ νικητικῶν στεφάνων ἐπανῆλθε πρὸς βασιλέα, εὐφροσύνης ἐμπλήσας πᾶν τὸ πολίτευμα, καὶ βασιλεῖ πολλὰς ἀφορμὰς παρυσχῶν τῆς πρὸς θεὸν εὐχαριστίας καὶ ἀνθομολογήσεως.

66. Αἱ πεζικαὶ δὲ δυνάμεις οὐ πάντῃ τὸν φθόρον διέφυγον, ἀλλ' ἔργα μὲν ἀνδρικὰ καὶ λαμπρὰ κατειργάσαντο, ἐξ ἔριδος δὲ καὶ φιλονεικίας κατ' αὐτὸν τὸν ἀγῶνα συμπεσοῦσης ἀπώλεσαν τὸν μείζονα στρατηγόν. τοῦ γὰρ Λέοντος διενεχθέντος πρὸς τὸν Προκόπιον, συμβαλόντων δὲ ὁμῶς τοῖς πολεμίοις, συνέβη

6 τότε om A

copia mercesque aliae pretiosae. tantam inde olei vim inveciam ferunt ut eius libra venierit obolo. (65) sed et ad Italiae partes transvecta eadem classis, pedestribusque ac equestribus Romanorum copiis coniuncta, quarum ductor erat Procopius imperatoris protovestiarius et Leo (Apostapem vocabant) Thracum et Macedonum dux, multa, eaque Romano imperio utilia, gessit. nam et classem rursus ex Africa profectam in insula cui Stelae nomen idem Nasar devicit, ac quas Agareni urbes munitas ac praesidia in Calabria et Longobardia tenebant, paucis admodum exceptis, cuncta eis erepta eorumque iugo liberata Romanae dicioni restituit. inque eum modum Romana quidem classis insidiis invidentia Nemesique superior, spoliis opima multisque clara victoriae coronis, ad imperatorem reversa est, implens omnes cives ac rem publicam laetitia, multaue imperatori gratiarum actionis et confessionis divinae laudis praebens nomina atque momenta.

66. Terrestres vero copiae haud prorsus invidiam effugere. verum gesserunt illae quidem fortia claraque facinora; orta tamen sub ipsius praelii tempus discordia ac contentione ducem amiserunt qui maior dignitate erat. cum enim dissideret Leo a Procopio, conserto

Theophanes contin.

τὸν μὲν Ἀποστύπην μετὰ τῶν Θρακῶν τε καὶ Μακεδόνων κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος ἀγωνιζόμενον κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν καὶ πολὺν φόνον ἐργάζεσθαι, τὸν δὲ Προκόπιον μετὰ τῶν Σκλαβηνῶν τε καὶ δυτικῶν κατὰ τὸ ἕτερον μέρος ἀντιταττόμενον ὑπὸ τῶν ἐναντίων
D πιέζεσθαι. μὴ πεμφθείσης δὲ παρὰ τοῦ συστρατηγοῦ βοήθειας 5 πρὸς τὸ πονοῦν διὰ τὴν προηγησαμένην φιλονεικίαν, ἐτράπη καθαρῶς τὸ κατὰ τὸν Προκόπιον μέρος, καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἐσφάγη κατὰ τὴν δίωξιν, τοῦ ἵππου συμπεσόντος αὐτῷ. τοιοῦτον δὲ τέλος τῆς μάχης ἐκείνης λαβούσης, θέλων τι καὶ ἕτερον λαμπρὸν ὁ Λέων ἐργάσασθαι, ὡς ἂν τὸ ἐκ τῆς ἔριδος συσκιάση συμβάν, τὸ 10 τε οἰκεῖον στράτευμα λαβὼν καὶ τοὺς ἐκ τῆς φυγῆς διασωθέντας τῶν ταττομένων ὑπὸ τὸν Προκόπιον συμπεριλαβὼν τὸ κάστρον κατεπολέμησε Τάραντος, ἔτι κατεχόμενον ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ τοῦτο κατὰ κράτος εἴλε, καὶ πάντα τὸν ἐν αὐτῷ λαὸν ἐξηνδραποδίσατο· ἐξ ὧν τό τε στρατιωτικὸν ἀποχρῶντως ὠφελήθηται 15
P 189 συνεχώρησε καὶ βασιλεῖ συχνὰ προσήγαγε λάφυρα. ἀλλ' οὐκ ἐπεῖδε τούτοις ἠδέως ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ ὡς ἀριστέα τὸν Λέοντα ἀντημέλησατο, ἀλλ' ἐπεὶ διερευνώμενος εὕρισκεν ἐκ τῆς συμπεσοῦσης φιλονεικίας κατ' αὐτὴν τοῦ πολέμου συμβολὴν ἀπολωλέναι τὸν ὁμοστράτηγον, τῆς τε ἀρχῆς παρέλυσε καὶ ἐξόριστον ἐν τῷ ἰδίῳ 20 οἴκῳ ἀπέστειλε πλησίον Κοτυαίου τυγχάνοντι.

67. Τοιαύταις δὲ καὶ μετὰ ταῦτα τύχαις ὁ Ἀποστύπης.

1 κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος om A

3 Barberianus Σκλαβηνῶν

11 τε om A

15 ὧν τότε καὶ τὸ στρ. A

tamen cum hostibus praelio contigit Leonem cum Thracibus et Macedonibus in dextra acie victoria potiri atque hostium magnam stragem dare, Procopium vero cum Sclavinis et occidentalibus sinistram tenentem validiore premi hostium impetu; cui laboranti cum ob praecedentem discordiam nulla a collega missa essent auxilia, fusa penitus illius acie ipsemet in fuga equo lapsus necatus est. hunc exitum cum pugna habuisset, Leo aliud etiam aliquid clari facinoris edere in animo habens, ut illatam ob dissidium cladem obtegeret, tum suas ipse copias assumens tum ex Procopii clade residuas colligens, Tarenti arcem expugnavit, quam adhuc Agareni tenebant, penitusque diripiens populum omnem captivum abduxit. hinc et milites non parum praeda iuvit, et imperatori opima spolia obtulit. non tamen imperator haec libenter aspexit, nec ut viro forti mercedem Leoni reddidit: sed cum habita rei indagine ex contentione in ipso pugnae conflictu Leonem collegam perdidisse invenisset, abrogato ei munere in domum suam, quae haud procul Cotyais est, relegavit.

67. Postea quoque tali Apostypes usus fortuna est. pari enim

ἐχρήσατο. συμφρονήσαντες γὰρ κατ' αὐτοῦ δ' τε πρωτοστράτωρ Βαιϊάνος καὶ Χαμάρετος ὁ κουβικουλάριος καὶ πρῶτος τῶν οἰκειοτάτων αὐτῷ γραφὴν κατὰ τοῦ ἰδίου δεσπότης πρὸς βασιλέα συνέθεσαν, δι' ἧς ἐδηλοῦτο καὶ ὁ τοῦ πρωτοβεστιαρίου Προκοπίου Β
 5 θάνατος γνώμη τοῦ κυρίου αὐτῶν γεγονῶς καὶ καθοσιώσεως ἔγκλημα καὶ ἄλλα τινὰ βυρῆα καὶ δυσχερῆ. ἦν δ' Χαμάρετος λαβῶν καὶ πρὸς τὴν βασιλεύουσιν εἰσελθὼν τῷ βασιλεῖ ἐπιδέδωκεν. μαθόντες δὲ τοῦτο οἱ τοῦ Ἀποστύππης υἱοί, δ' τε Βάρδας καὶ ὁ Δαβίδ, αὐτόχειρες τοῦ Βαιϊάνου καθίστανται, τοῖς ξίφεσιν αὐτὸν
 10 ἀνηλεῶς κατακόψαντες. διὰ δὲ τὸ τοιοῦτον τόλμημα καὶ τὸ ἐκ βασιλέως δέος ὤρμησαν μετὰ τοῦ πατρὸς πρὸς Συρίαν φυγεῖν. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς σὺν τάχει πολλῷ Βαρτζαπέδονα τὸν μαγκλαβίτην ἀπέστειλε πρὸς τὸ κατασεῖν αὐτούς καὶ πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν. οὗς ἤδη πρὸς Καππαδοκίαν κατέλαβε, τὴν πρὸς Συ- C
 15 ρίαν ὁδὸν συντόνως ἐλαύνοντας. πειραθεῖς οὖν αὐτούς κατὰ τὸ πρόσταγμα τὸ βασιλικὸν κατασεῖν, ἐκείνων δὲ ἀντιστάτων καὶ ἀμυνομένων εἰς δύναμιν, συνέβη κατὰ τὴν τοιαύτην ἀψιμαχίαν καὶ στίαν σφαγῆναι τοὺς δύο τοῦ Ἀποστύππης υἱούς, αὐτὸν δὲ ληφθῆναι καὶ δέσμιον ἀχθῆναι πρὸς βασιλέα κατὰ τὰς ἐν Ἱερειῶν
 20 βασιλικᾶς οἰκίας τὸ τηρικαῦτα τυγχάνοντα· ὅς τῃ κρίσει Μανουὴλ τοῦ μαγίστρου βασιλικῆ κελεύσει ὑποπεσῶν καὶ τὸν ἕνα τῶν ὀφθαλμῶν ἐκκοπεῖς, ἀφαιρεθεῖς δὲ καὶ τῶν χειρῶν τὴν μίαν διὰ τε τὴν

1 πρ. αὐτοῦ Βαιϊάνος A 5 γεγονῶτος A 8 Ἀποστύππου A
 9 Βαιϊάνου A 11 πρὸς om P 13 καὶ πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν om P
 18 Ἀποστύππου A, Barberinus ἀποστάτου

consensu tum protostrator Baianus tum cubicularius Chamaretus, ipsius necessariorum primus, accusationem struunt apud imperatorem contra herum suum, qua et protovestiarii Procopii necem eius voluntate certoque consilio factam insinuabant, reumque maiestatis agebant, nec non gravia quaedam alia ac difficilia ei imponebant. accusationis libellum Chamaretus accipiens, ingressusque Byzantium, imperatori porrexit. ea ubi rescivissent Apostypis liberi, Bardas Davidque, sua ipsi manu Baianum perimunt, corpusque minutim immani facinore ensibus concidunt. sceleris indignitate ac imperatoris metu conterriti assumpto patre in Syriam concito cursu diffugiunt. quibus imperator auditis, Bartzapedonem manglavitam qui illos detineret quam celerrime mittit. iam in Cappadociam venerant, cum in Syriam contento cursu appropinquantes invenit. conatur ille, quae ad eum erat divalis iussio, homines tenere. enimvero illis obnitentibus ac pro virili sese tuentibus, contigit ambos Apostypis filios in ea digladiatione rixaque cadere. pater ipse captus vincetusque ad imperatorem tum in regis aedibus in Hieria versantem adductus, eiusdemque iussu Manuelis magistri iudicio subactus, unius oculi effossione uniusque item manus amputatione luit, tum ob indicia

Ἰνδειξεν τὴν κατ' αὐτοῦ καὶ διὰ τὴν πεῖραν τῆς πρὸς τοὺς πολε-
 D μίους φυγῆς, τὸ λοιπὸν ἐν Μεσημβρία ἐξόριστος κατεγήρασε.
 καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Ἀποστύπην, οὐδὲ ἄλλως ὄντα χρηστόν,
 τοιοῦτον τέλος ἐδέξατο.

68. Ἐν ὧσιν δὲ τὰ κατὰ τὴν ἐσπέραν διὰ τῶν ὑποστρατή- 5
 γων τῷ βασιλεῖ κατεπράττετο, οἱ ἐκ μεσημβρίας ἀναπνεύσαντες
 Ἄραβες ἀργεῖν τε καὶ σχολάζειν καὶ ῥαθυμοῦν νομίσαντες ἀνεθύρ-
 ρησαν, καὶ τῶν κατὰ θάλασσαν ἀνθάπτεσθαι πραγμάτων πάλιν
 διέγνωσαν, καὶ δὴ κατὰ τε τὴν Αἴγυπτον καὶ τὰς ἐν Συρίᾳ παρα-
 θαλασσίους πόλεις ναῦς τεκτηνόμενοι κατὰ τῆς ὑποφόρου Ῥω- 10
 μαίοις γῆς καὶ θαλάσσης ἐκστρατεῦσαι διανοοῦντο. κρίναντες δὲ
 P 190 δεῖν διὰ κατασκόπων πρότερον τὰ βασιλέως πράγματα κατιδεῖν,
 τὸν ἐποψόμενον ἕκαστα καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀπαγγελοῦντα, Ῥωμαϊκῇ
 στολῇ καὶ γλώσση χρώμενον, ἐξαπέστειλαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ταῖς
 περὶ τοῦ κοινοῦ φροντίσιν αἰεὶ ἀγρυπνῶν καὶ τὰ δέοντα προπαρα- 15
 σκευαζόμενος, ἐπεὶ μηδὲ τὰ ἐν Συρίᾳ ναυπηγούμενα πλοῖα τοῦ-
 τον διέλαθε, πλειόνων τριήρων καὶ διήρων κατασκευὴν ἐποιήσατο,
 καὶ τὰς ναυτικὰς δυνάμεις κατὰ τὴν βασιλίδαν συναγαγὼν ἐκαρα-
 δόκει τὸ μέλλον. καὶ τέως μὲν, ὡς ἂν μὴ σχολάζων ὁ ναυτικὸς
 ὄχλος ἀτακτότερος γένοιτο, ἐν τῇ ἀνοικοδομῇ τοῦ κατὰ τὴν βασι- 20
 B λειον αὐλῆν ἐγειρομένου τότε ναοῦ εἰς ὄνομα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν
 Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀρχιστρατήγων καὶ Ἡλιοῦ τοῦ Θεοβίτου

7 καὶ ῥαθυμοῦντα A. an αὐτὸν ῥαθυμοῦντα?
 17 πλειόνων A

15 αἰεὶ om A

quibus premebatur, tum quod conatus esset ad hostes diffugere; quod reliquum est, in Mesembriam relegatus ibi consenuit. ac quidem Apostypis, viri alioqui haud probi, res eiusmodi finem habuere.

68. Interim dum per legatos ita res Occidentis imperatori administrantur, qui ad meridiem incolunt Arabes, assumptis animis, dum ipsum desiderere segniusque agere ac otio torpere existimant, maris sibi iterum aleam tentandam constituunt. per Aegyptum itaque urbesque Syriae maritimas constructis navibus Romanam dicionem terra marique infestare parabant. operae pretium tamen rati per speculatores prius lustrare ac experiri quo se modo res imperatoris haberent, hominem Romano habitu linguaque utentem, qui singula dispiceret eisque referret, miserunt. verum imperator rei publicae curis enixe invigilans, ac quae bello opportuna essent in antecessum parans, quem nec fugeret ille hostium classis in Syria apparatus, triremium ac biremium maiori instructa copia classeque Byzantii congregata, quid ferret futura dies exspectabat. classarii interim, ne per otium insolescerent, exstruenda basilica in regio atrio (templo scilicet quod sub nomine salvatoris nostri Iesu Christi sanctorumque caelestis militiae principum nec non Eliae

διωρίσατο αὐτοὺς ὑπουργεῖν, ὅτε δὲ τῶν ὄρκων Συρίας ὁ ἐκεῖθεν
 στόλος ὑπερκύπτων φανῆ, ἀποσταλῆναι καὶ τούτους πρὸς τὴν
 ἐκείνων ἀντιπαράταξιν. ἔλθων οὖν ὁ ἀπὸ Συρίας κατάσκοπος,
 καὶ τό τε πλῆθος ἰδὼν τῶν νεῶν καὶ τὴν δύναμιν ὡς ἐτοίμη
 ἦ παρέστι πρὸς τὴν ἔκπεμψιν, καὶ πάντα καταμαθὼν τε καὶ στοχα-
 σάμενος, ἀπαγγέλλει τοῖς ἀποστελασιν, οἳ παρ' ἐλπίδα τὸ ἐμπα-
 ράσκευον βασιλέως ἀκούσαντες, τότε μὲν πτήξαντες τὴν ἡσυχίαν
 ἠγάπησαν καὶ τὴν πρὸς τὸν ἔκπλουν σπουδὴν διελύσαντο, ἔμενε
 δὲ ὁμῶς κατὰ τὴν βασιλεύουσαν ἢ ναυτικὴ πλῆθὺς εἰς τὸ εἰρημέ-
 ρον ἔργον ἀσχολουμένη.

69. Οἱ δὲ ἐν Καρχηδόνι βάρβαροι διὰ τὰς προγεγενημένας
 ἤττας δείσαντες μὴ πρὸς τὴν αὐτῶν ἤδη πρὸς τὸ ἐξῆς διαπερᾶσαι
 ὁ στόλος ὁ Ῥωμαϊκὸς πειρασθῆ, καὶ διὰ τοῦτο ναῦς ἱκανὰς καὶ
 αὐτοὶ τεκτηνόμενοι, ἐπεὶ τοῦ ἤρος διεληλυθότος οὐδεμίαν ἐκ βα-
 σιλέως δύναμιν κατελθοῦσαν ἐπύθοντο, ὑποτοπήσαντες πρὸς ἄλ-
 λους πολέμοις ἀσχολὸν τυγχάνειν τὸν βασιλέως στρατὸν ἐκστρα-
 τεύεσθαι κατὰ Σικελίας ἐθύρρησαν, καὶ πρὸς τὴν ταύτης ἐλθόν-
 τες μητρόπολιν, τὰς Συρακούσας φημί, ταύτην ἐπολιόρχουν καὶ
 περὶ αὐτὴν ἐληθίζοντο καὶ κατεδήουν τὴν χώραν καὶ τὰ προάστεια.
 τοῦ δὲ στρατηγοῦ τῆς Σικελίας δῆλα ταῦτα τῷ βασιλεῖ καταστή-
 σαντος, εὐθέως ἢ κατὰ Συρίας εὐτρεπισθεῖσα δύναμις πρὸς Σι-
 κελίαν ἐκπέμπεται, Ἀδριανὸν τινα ναύαρχον ἔχουσα· οὗτος γὰρ
 ἔτυχε τότε τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἐξηγούμενος. ὃς ἀπὸ τῆς βα-

20 τῆς om A

prophetae aedificabatur) operam conferre iussit, cum vero ex Syriae
 finibus hostium classis emergerit, mox praesto esse ad illorum excipien-
 dum impetum. veniens itaque e Syria explorator, conspectaque parata
 classe ac imperium exspectante, cunctaque assecutus riteque coniciens,
 his qui miserant nuntiat. hi porro contra quam speraverant audite re-
 giae classis apparatu, metu deterriti cessare hactenus eligunt, expedi-
 tionisque ac excursionis solvunt propositum. navales tamen copiae ac
 classarii Byzantii manebant, atque huic quod dixi operi insistebant.

69. Barbari autem Carthaginenses, propter iam acceptas clades
 veriti ne et in suas deinceps sedes Romana classis traicere tentaret,
 eaque ratione multis et ipsi exstructis navibus, cum exeunte vere nullas
 imperatoris exisse copias didicissent, rati illius cohortes bellis aliis di-
 stineri, adversus Siciliam cum navalibus copiis proficiscuntur. venien-
 tesque ad eius metropolim (nempe Syracusas) vallo eam cinxerunt,
 circa eam posita diripientes agrumque ac suburbana vastantes. haec
 simulac imperator a Siciliae praetore significata accepit, copias adver-
 sus Syriam destinatas in Siciliam mittit, navarcho quodam Adriano: hic
 enim navalibus tum copiis praecerat. solvens itaque Adrianus Byzantio,

σιλίδος ἔξορμισάμενος, πνευμάτων δὲ μὴ εὐμοιρήσας ἐπιτηδείων καὶ δεξιῶν, μόλις κατῆλθεν ἄχρι Πελοποννήσου, ἐν Μονεμβασίᾳ δὲ ἐν τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ Ἰέρακος προσορμίσας τὰς ναῦς ἐπιφορον πνεῦμα ἀνέμενε, ῥαθυμότερος, ὡς ἔοικεν, ὣν καὶ μὴ ἔχων ζέουσιν τὴν ψυχὴν, ὥστε καὶ πρὸς ἐναντία παραβάλλεσθαι πνεύ- 5
99. Cum autem plerumque soleant, qui praefecturis ac magistratibus rerumque administrationi praepositi sunt, suam nimirum benevolentiam principi insinuare cupientes (forte vero etiam hoc satagentes, ut inde diuturniorem sibi magistratum efficiant ac praefecturam) ea suggerere unde fisci procurationes augeantur maioraque tributa in rationes publicas inferantur, ea quandoque mente is qui genici tunc munere fungebatur, generosi pectoris virum Basilium submonuit mittendos ad omnes Romanae dicionis provincias (recentior usus themata dicit) eos quos inspectores ac peraequatores vocant, agros scilicet et praedia, quorum possessores adverso aliquo casu tempus fluctibus suis obruisset, aliis delaturos, unde pecuniae vis non modica aerario accederet. imperator consilium se probare simulans, eligi atque parari sibi que offerri iubet qui istud muneris probe expleturi essent. tum genicus adhibito diligentia examine solertique cura, et ut optimum illi videbatur, optimis delectis maximeque ingenuis, eorumque relatis nominibus, haud levi dignus vituperio visus est acriusque obiurgatus, quod eiusce generis ac probitatis

εἰ τοιοῦτους εἰς τὸ τοιοῦτον ἔργον προβάλλεται. τοῦ δὲ μὴ ἔχειν ἐν τοῖς πολιτευομένοις κρείττονας λέγοντος, ὁ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο ὅτι παρ' ἑμοὶ τοιοῦτον τὸ τῆς προκειμένης διακονίας ἔργον κρίνεται ὥστε, εἴπερ οἷόν τε ἦν, αὐτὸν ἐμὲ πρὸς τὴν τούτων διοίκησιν ἐξελεῖν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο οἶδα ὅτι δοκεῖ τυχὸν ἀπρεπὲς καὶ ἀδύνατον, ἔξ ἀνάγκης ἐπὶ τοῖς δυοῖν τῆς πολιτείας μαγίστροις, οἳ καὶ χρόνῳ καὶ πείρᾳ καὶ ταῖς πολλαῖς ἐν τῷ μακρῷ βίῳ τῶν πολιτικῶν ἀρχῶν διοικήσεσιν, ἐν αἷς ἐξητάσθησαν, ἀκίβδηλον καὶ καθαρὸν τῆς ἀρετῆς ἐξηγηνόχασιν τὸ δοκίμιον, τὰς ἐλπίδας ἀποσαλεύω, καὶ τὴν διακονίαν ὑπὸ τούτων ἀνυσθῆναι δεόντως θαρρῶ. ἀπελθὼν οὖν, φησὶν, αὐτὸς σὺ τούτοις ἀπάγγειλον τὸ τῆς διακονίας ἐπωφελές καὶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν. καὶ βουλομένων αὐτῶν ἐξελεῖν ἐπευδοκῶ καὶ αὐτὸς καὶ ἐπισφραγίσω τὸ βούλευμα. ὡς δὲ ἀκούσαντες οἱ ἄνδρες ἦλθον εἰς ἔκκληξιν, καὶ τὸ γῆρας ἀνθ' ἑκτετακίας καὶ τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ καμᾶτους καὶ πόνους αὐτῶν προβαλλόμενοι παρενεχθῆναι τὸ τῆς τοιαύτης διακονίας ποτῆριον ἔξ αὐτῶν καθικέτευον, ἔξ ἀνάγκης ὑπέστρεψεν ἄπρακτος ὁ πεμφθεὶς, καὶ τῷ βασιλεῖ τὰ παρὰ τῶν μαγίστρων ἀπήγγειλεν. ἄπερ ἀκούσας εἶπεν ὁ βασιλεὺς ὅτι εἰ τὸ ἐμὲ ἐξελεῖν δοκεῖ τε καὶ λέγεται εἶναι ἀδύνατον, παραιτοῦνται δὲ τὴν ὑπουργίαν καὶ οἱ λαμπρότατοι μάγιστροι, οὐδένα ἔχων τοῦ πράγματος διοικητὴν ἀξιόχρεων καταλειφθῆναι τὸ ὑποβαλλόμενον βούλομαι ἀνεπίσκεπτον καὶ ἀδιερεύνητον. κρείττον γάρ, φησί, παρακερδαίνειν τινὰς ἀπὸ τῶν ἐμῶν

6 ἀπελθεῖν P

9 ἐπισαλεύω P

15 καὶ πόνους αὐτῶν om P

viros ad munus istud proponeret. cumque diceret inter cives ac tota re publica se nullos meliores habere, intulit imperator "tanti apud me eius muneris functio est, ut et ipse, si liceret, ad eam profecturus essem. quia tamen, ut probe novi, nec satis forte decorum videtur nec possibile, necessario in duobus rei publicae magistris, tempore et experientia multisque per longam aetatem civilium magistratuum functionibus exercitatis, sinceræque in eis ac exploratae virtutis probatis, spem colloco, remque ab illis probe exsequendam confido. tu ergo ipse vadens eius illis provinciae utilitatem meamque voluntatem nuntiato; ac dum in animum induxerint ut proficiscantur, placet et mihi, assensumque consilio praebeo." viros, ut audiere, stupor subiit, seniumque supplicationis loco ac longos pro re publica exantlatos labores atque sudores ostendentes eiusce functionis calicem ab eis transferri exorabant. necessario itaque, qui missus fuerat, re infecta reversus magistrorum responsa haec imperatori rettulit. tum imperator his auditis "cum fieri non posse videatur ut ego exeam (atque etiam dicatur) illustrissimique magistri munus defugiant, ac qui illi functioni par videatur, alius nemo suppetat, placet suggestionem indiscussam ac cassam manere. praestat enim" inquit "nonnullos ex fisci proventibus reque privata non bene lucrari, quam ut

P 214 οὐ καλῶς ἢ κακῶς ὑποπεσεῖν τινὰ ζημιώδει κακῶ καὶ ἐπιτριβούση αὐτὸν συμφορᾷ. καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸν ἅπαντα χρόνον τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ ἔμεινεν ἀνέποπτος, ὡς ἂν τις εἴποι, καὶ ἀνεξίλωτος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἐλεύθερός τε καὶ ἀδιάπρακτος, ὃ ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐξουσίαν ἅπας τῶν ὄλων θεμάτων λαὸς καὶ τὰ χωρία καὶ οἱ 5 ἀγροὶ τοῖς γειτονοῦσι τῶν πενήτων προκείμενοι εἰς ἀπόλαυσιν. τοιοῦτος ἦν περὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον, μάλιστα δὲ τὸν ὄχλον τὸν ἀγροδίαιτον, πατρικὴν ἐπιδεικνύμενος κηδεμονίαν καὶ πρόνοιαν ὃ ἀγαθὸς βασιλεύς.

B 100. Ἀλλὰ καὶ πάλιν ὃ φθόνος ἑτέραν ἤγειρε περὶ τὰ 10 βασιλεια ζάλην καὶ θύελλαν, καθ' ἑαυτῆς τὴν φύσιν συνταράσσων τε καὶ κικῶν. ἄρτι γὰρ τοῦ φιλιτάτου τῷ βασιλεῖ υἱοῦ Κωνσταντίνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, καὶ μεταπεσόντος τοῦ φίλτρου καὶ τῶν ἐλπίδων ἐπὶ τὸν δεύτερον υἱὸν Λέοντα, οὐκ ἤνευχε πρῶως τὸ βᾶσκανον τῶν δαιμόνων φύλον τὸ πρᾶον καὶ ἤσυχον 15 καὶ εὐσεβὲς ἅμα καὶ ἐμμελές, ὡς ἔοικεν, ὄρων τοῦ διαδέχεσθαι μέλλοντος τὴν βασιλειὸν ταύτην ἀρχὴν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν τοῦ ὑπηκόου στοχαζομένην ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐετηρίαν καὶ

C πρὸς πάντα τὰ ἐπαινούμενα αὔξησιν· καὶ διὰ τοῦτο κονίεται κατ' αὐτοῦ καὶ οὕτως ἅνταγωνίζεται. ἦν τις τῶν πάντων 20 φιλουμένων καὶ πιστενομένων παρὰ τῷ ἀοιδίμῳ Βασιλεῖ μνα-

8 ὡς Combesius, libri ὦν
7 ἦν om P μᾶλλον P

4 ἀδιατάρακτος?
14 υἱὸν om P

5 τὰ om P

male quisquam damno afficiatur ullave graviore iniuria vexetur aut opprimatur." eoque consilio, quamdiu ille rerum potitus est, omnis omnium Romanae ditionis provinciarum populus ininspectus (ut ita dicam) ac inexaequatus (i. e. non censitus) mansit, ac si mavis dicere, liber et ab exactionibus immunis; praediaque et agri in pauperum vicinorum usum cesserunt. talis scilicet princeps optimus erga omnes subditos erat, ac praecipue erga rusticanam plebeculam paternam sollicitudinem ac curam exhibebat.

100. Verum rursus etiam invidentia procellam aliam atque turbinem in regia excitavit, ipsam in se ipsam naturam conturbans ac concitans. cum enim iam dulcissimus imperatoris filius Constantinus vitam cum morte commutasset, isque in alteram prolem Leonem amoris vim convertisset spesque in eo iactaret, haud placide tulit invidum daemonum genus, leves placidosque, religiososque simul ac rite compositos, ut par est, illius mores considerans qui imperii successor futurus esset, ac quam inde coniciebat illo rerum potiente subditorum fore felicitatem, et ad laudabilia quaeque profectum atque incrementum. idcirco se ad pugnam instruit, inque hunc modum certamen aggreditur. erat inclito Basilio inter eos in quos impense afficiebatur ac quibus nimiam quandam habe-

χός, ὡς ἐδόκει, καὶ ἱερεύς, καὶ φίλος αὐτῷ καὶ ὑπουργός δεξιός, ὃν Σανδαβαρηγὸν κατωνόμαζον· ὃς εἰ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐστέργετο, ἀλλ' οὐκ εἶχε παρὰ τοῖς ἄλλοις δόξαν χρηστὴν οὐδ' ὑπόληψιν ἀνεπίληπτον. καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις καὶ ὑπὸ τοῦ σο-

φωτάτου διεκωμωδεῖτο Λέοντος ὡς γόης καὶ ἀπατεῶν καὶ εἰς αἶ μὴ δεῖ τὸν βασιλέα παρασύρων καὶ τῶν καθηκόντων ἐκδικαιτῶν. αἶ δὴ πυνθανόμενος ὁ φέναξ ἐκεῖνος καὶ πονηρὸς εὐνοίαν πλάττεται D καὶ φιλίαν πρὸς τὸν χρηστὸν ὑποκρίνεται Λέοντι, καὶ φησὶ πρὸς αὐτὸν ὡς ἴνα τί νεανίας ἤδη ὢν καὶ παρὰ τῷ πατρὶ σου φιλούμε-

νος μὴ ἐπιφέρῃ κρυπτῶς ῥομφαίαν ἢ μάχαιραν, ὅταν κατ' ἀγροῦς συνιπιάξῃ σου τῷ πατρὶ, ἴνα καὶ αὐτῷ, εἰ κατὰ θηρίου χρεῖαν σχῆ, ἐπιδιδῶς, καὶ εἴ τι λαθραῖον πολλάκις κατ' αὐτοῦ ἐπιβού- λευμα γένηται, μὴ ἄνοπλος εὐρεθῆς, ἀλλ' ἔχῃς τι μεθ' ὅτου δυνηθῆς τοὺς πατρικοὺς ἐχθροὺς ἀνταμύνασθαι. οὐχ ὑπειδόμε-

νος δὲ τὸν δόλον ἐκεῖνος οὐδέ τὸ δολερὸν τοῦ ἀνδρὸς συννοήσας (τὸ γὰρ μὴ πρόχειρον εἰς κακίαν οὐδέ ὑπονοεῖν ἐστὶ τὰ πονηρὰ P 215 εὐχερές) δέχεται τὴν βουλήν καὶ πείθεται μάχαιραν τοῦ ὑποδήμα- τος ἐντὸς ἐπιφέρεισθαι. ὡς οὖν ὁ ἐπίβουλος ἔγνω χωρήσασαν εἰς ἔργον τὴν αὐτοῦ συμβουλήν, ἀπαγγέλλει τῷ βασιλεῖ ὅτι ὁ υἱὸς σου ἐπιβουλεύει σε ἀνελεῖν· καὶ εἰ ἀπιστεῖς, ὅταν κατὰ θήραν ἢ που ἄλλοθι μέλλεις τῆς βασιλίδος ὑπεξελθεῖν, κέλευσον περιαιρεθῆναι τὰ πέδιλα τῶν ποδῶν αὐτοῦ, καὶ εἰ εὐρεθῆσεται ξίφος ἐπιφερόμε- νος, γνῶθι ὅτι πρὸς τὴν σὴν αὐτὸ σφαγὴν ἠτοιμάσατο. καταγ-

bat fidem, monachus quidam, ut videbatur, et sacerdos illique amicus ac minister strenuus, cui Santabareno nomen. is etsi ab imperatore colebatur, apud alios tamen non bonae famaе erat nec reprehensione carebat. idque in causa erat cur non raro a sapientissimo Leone ut praestigiator ac seductor, quique imperatorem a recti tramite abduceret et ad absurda traheret, conviciis incesseretur. quibus saepius auditis impostor ille ac scelestus, simulata benevolentia ac amicitiae larva, ad mitissimum Leonem sic loquitur. "cur" inquit, "cum iam robustis viribus ad aetatem adoleveris patrique admodum carus sis, non occulte pugionem aut sicam tecum defers, cum una cum illo ruri in equo veheris, ut in promptu porrigendum habeas, cum ferienda bestia fuerit, et, si quid adversus eum latenter ex insidiis agi contigerit, non ipse inermis inveniaris, sed praesto aliquid habeas unde paternos hostes ulciscaris." dolium ille minime subodoratus, nec viri fraudes animo reputans (quod enim ad malitiam pronum non est, nec improba facile suspicatur) consilium approbat viroque obsequitur, ut cultrum in ocrea deferat. perfidus autem insidiator, Leonem consilio suo paruisse intelligens, imperatori denuntiat filium structis insidiis illius necem machinari. "quodsi fidem abnuis" inquit, "cum venatum aliave ex causa urbe exieris, iube ei ocreas auferri; ac si quidem gladium deferre invenietur, ne in tuam necem eum sibi parasse dubitaveris." indicta igitur ruri principis vena-

γελθείσης οὖν ἐξόδου βασιλικῆς συνεξῆλθεν ἅπαν τὸ εἰωθός, καὶ
B κατὰ τινα τόπον γενομένων αὐτῶν προσποιεῖται χρεῖαν ἔχειν μα-
 χαίρας ὁ βασιλεύς, καὶ ἐπεζήτει ταύτην μετὰ σπουδῆς. συμπαρ-
 ῶν δὲ ὁ υἱός, καὶ μηδὲν τῶν ὑπονοουμένων τῷ πατρὶ προειδόμε-
 νος, ἀκάκως πάνυ καὶ ἀπονήρως ἐφελκυσάμενος ἦν ἐπεφέρετο μιά- 5
 χαιραν ἐπιδίδωσι τῷ πατρί. γενομένου δὲ τούτου ἔδοξεν εὐθέως
 ἢ κατ' αὐτοῦ προσαγγελία πιστὴ καὶ αἱ παρ' αὐτοῦ ἀπολογίαί
 μάταιαι καὶ κεναί. ὑποστρεψάντων οὖν αὐτίκα πρὸς τὰ βασίλεια,
 πρὸς ὄργην ὁ βασιλεὺς κατὰ τοῦ υἱοῦ διανίσταται, καὶ κατὰ τινα
 τῶν βασιλείων οἴκων, ὃς Μαργαρίτης κατονομάζεται, ἔμφρουρον 10
 τοῦτον πεποιήται, καὶ τῶν ἔρυθρῶν πεδίλων ἀπογυμνοῖ. διηρέ-
C θιστο δὲ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ καὶ ἐκδικητοῦ πρὸς τὸ καὶ τοὺς λύχνους
 ἐπισβέσαι τῶν ὀφθαλμῶν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὑπὸ τοῦ τῆς βασιλί-
 δος ἀρχιερέως καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς κωλύεται διαπράξασθαι,
 τῆς εἰρκτικῆς δ' ὁμῶς εἶχεν ἐντός. χρόνου δὲ παραδραμόντος συ- 15
 χνοῦ, καὶ τῆς φύσεως οὐ γνωριζούσης ἑαυτὴν ἀλλ' ὑπὸ τῶν πονη-
 ρῶν πνευμάτων τραχυνομένης, τῶν δὲ τῆς γερουσίας ὑπερεχόντων
 πολλάκις βουληθέντων ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα διαπρεσβεύ-
 σασθαι, ἄλλοτε δὲ κατ' ἄλλην αἰτίαν κωλυομένων, ἀπὸ τοιαύτης
 προφάσεως εὐλογον ἔσχον ἀφορμὴν εἰς τὸ κατανύσαι τὸ βούλημα. 20
 (101) ἦν τι ζῶον πτηνὸν ἐν ταλάρῳ πλεκτῷ κατὰ τὰ βασίλεια
 αἰωρούμενον, μιμηλὸν καὶ πολύφωνον, ὃ ψιττακὸς ὀνομάζεται·
D ὅπερ εἴτε πρὸς τινῶν διδαχθὲν εἴτε ἄλλως πως πολλάκις "αἰ αἰ κῦρ

5 ἐφελκυσάμενος?

13 ἀποσβέσαι?

tione, omnis ex more comitatus una exierunt. cumque in quendam lo-
 cum evasissent, simulat imperator sibi opus gladio esse, eiusque sibi
 actutum copiam quaerit. aderat filius, eorumque ignarus quae pater
 animo versaret, simplici admodum nec malo quicquam animo, quem ge-
 stabat gladium, extractum patri offert. hinc statim data adversus Leo-
 nem delatio probabilis visa est, illiusque inanes defensiones ac frivolae.
 mox itaque reversis in regiam imperatoris in filium ita effervescit; in-
 que regiarum aedium una, cui Margaritae nomen, truso in carcerem ru-
 bros calceos detrahit. incitaverat inimicus et ultor, ut et oculorum faces
 exstingeret. verum obstitere regiae urbis episcopus ac senatus omnis:
 interim tamen tenebatur in carcere. longum iam tempus fluxerat, nec
 ipsa se natura agnoscebat, sed malignis flatibus exasperata erat. sena-
 tus primates cum saepe constituissent pro filio apud patrem supplicatio-
 nem obire, alias aliam ob causam impediti, eiusmodi occasione rei
 praestandae probabilem opportunitatem exque ratione nacti sunt. (101)
 avis erat in implexo calatho in regiae pendens triclinio, egregia imita-
 trix et loquacissima: psittacum vocant, hic sive a quibusdam edoctus
 erat sive alio quovis modo hauserat, "heu heu, domine Leo" saepius

ἄγων" ἐφθέγγετο. πανδαισίας δὲ ποτε τελουμένης τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν πρώτων τῆς βουλῆς συνεστιωμένων αὐτῷ, καὶ τοῦ ὄρνιθος πολλάκις φθεγγομένου τὸ προρρηθέν, ἐπιστυγνάσαντες οἱ δαιτυμόνες καὶ τῆς εὐωχίας παυσάμενοι ἐπὶ συννοίας ἐκάθηντο. οἷς προσσχὼν ὁ βασιλεὺς τὴν αἰτίαν τῆς τῶν ἐδεστῶν ἀποχῆς ἐπυνθάνετο. οἱ δὲ δακρῦων ὑποπλησθέντες τοὺς ὀφθαλμοὺς "τίνα βρωσιν" εἶπον "φαγούμεθα, οὕτως ὑπὸ τῆς φωνῆς τοῦ ἀλόγου τούτου ὄνειδιζόμενοι οἱ δοκοῦντες ἡμεῖς λογικοὶ τε καὶ φιλοδέσποτοι, ὅτι αὐτὸ μὲν τὸν οἰκεῖον ἀνακαλεῖται δεσπότην, ἡμεῖς δὲ τρυφῶντες P 216

10 ὀλήθην τοῦ μὴ ἀδικήσαντος δεσποσύνου ἐλάβομεν. εἰ μὲν γὰρ ἐλέγχεται ἀδικῶν καὶ κατὰ τῆς πατρικῆς κεφαλῆς εὐτρεπίσας τὴν δεξιάν, αὐτόχειρες αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες γενοίμεθα καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ κορεσθίημεν· εἰ δὲ ἐφ' οἷς ἐνεκλήθη διαφεύγει τὸν ἔλεγχον, μέχρι τίνος ἢ συκοφάντις γλῶσσα δυναμωθήσεται κατ' αὐτοῦ;" 15 μαλακισθεῖς οὖν τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων ὁ βασιλεὺς τότε μὲν καθισθῆναι τούτους προσέταξε, καὶ σκοπῆσαι περὶ τοῦ πράγματος ἐπηγγέλατο, μετ' οἱ πολὺ δὲ πρὸς τὴν φύσιν ἐπανελθῶν ἐξάγει τε τῆς φρουρᾶς καὶ εἰς ὄψιν ἄγει αὐτοῦ, καὶ τὴν πένθιμον B ἀμείβει στολὴν, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἐν τῇ λύπῃ τραφείσης κόμης 20 περιαιρεθῆναι κελεύει, καὶ τὴν προτέραν τῆς βασιλείας τάξιν καὶ τιμὴν ἀποδίδωσιν.

102. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ φθινῶδι νόσῳ περιπίπτει

1 δὲ τότε P

15 μαλακθεῖς A

perstrepebat. cum itaque tunc imperator opipare instructum haberet convivium, senatusque primores pariter epularentur, ac avis ea quae dicta sunt crebrius repeteret, affecti maerore conviviae, missaque epularum iucunditate, cogitabundi sedebant. animum advertit imperator, quidve causae sit cur se a dapibus abstineant ex illis quaerit. illi vero oppleti lacrimis "quas" aiunt "dapes sumemus, sic nobis exprobrante bruta hac animante, qui ipsi praediti ratione herique amantes videamur? dum illa sic repetitis vocibus dominum inclamante, nos genio indulgentes insontis dominici germinis prolisque sumus obliti? siquidem enim paternum ius violasse convincitur et in eius caput dexteram armasse, ipsi nos omnes eius auctores necis erimus, illiusque cruore exsaturabimur. sin autem eorum quorum accusatur nulla convictio est certaue probatio, quamdiu-nam calumniosa lingua opprimendo praepollebit?" istiusmodi sermonibus tantisper delinitus imperatoris animus tunc quidem sedere eos iussit, eiusque rei gratia se deliberaturum promisit. nec diu post ad indolem geniumque reversus e carcere educto sui illi copiam facit, lugubrique ipsius mutato habitu ac superfluo comae per tristitiae tempus adultae, levato onere, in pristinum eum imperii gradum honoremque restituit.

102. Nec multo post in tabificum gravemque morbum imperator

ὁ βασιλεύς, ἐκ διαρροίας παρακολουθησάση γαστρός, ἣ τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τινος τῶν κατὰ Θήραν παραπτώσεων ἔλαβεν· καὶ λοιπὸν κατ' ὀλίγον τῇ τοιαύτῃ τηκεδόνι κατεμαραίνεται. διαθεῖς δὲ τὰ τῆς βασιλείας ἄριστα καὶ τὸν κληρονόμον γνωρίσας, καὶ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα τὰ εἰκότα βουλευσάμενός τε καὶ ἐμφρόνως διορισά- 5
C μενος, ὕστερον πυρετοῦ καυσώδους ἀναφλεγέντος αὐτῷ πᾶσαν τὴν ζωτικὴν ἰκμάδα ἀνιμωμένου καὶ ἀναλίσκοντος τὸν βίον ἀπέλιπε, συμβασιλεύσας μὲν τῷ πρὸ αὐτοῦ Μιχαὴλ χρόνον ἕνα, ἐν ἑτέροις δὲ χρόνοις ἔννεακαίδεκα περὶ τὴν αὐτοκράτορα τῆς βασιλείας διαπρέψας ἀρχὴν, ἄριστα μὲν τὰ πολιτικὰ διαθεῖς, κάλλιστα δὲ καὶ 10
περὶ τὰ στρατιωτικὰ διαγεγονώς, καὶ πλατύνας μὲν τὰ ὄρια τῆς ἀρχῆς, ἀδικίαν δὲ καὶ βίαν ἐξελάσας ἀπὸ τοῦ ὑπηκόου παντός, ὡς καὶ τὴν Ὀμηρικὴν περὶ τοῦ ἀρίστου βασιλέως μαρτυρίαν ἁρμόζειν αὐτῷ τὴν

ἀμφοτέρων, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. 15

D Διαδέχεται δὲ τὴν ὅλην τῆς ἐξουσίας ἀρχὴν ὁ καὶ παρὰ τῆς φύσεως καὶ παρὰ τῆς ἀρετῆς ἐπὶ τὸν πατρῶον κληρὸν καλούμενος καὶ παρὰ τοῦ ὑπηκόου δι' εὐχῶν ἐπιζητούμενος, Λέων ὁ πραότατος καὶ σοφώτατος καὶ πρῶτος τῶν ἔτι περιλειπομένων υἱῶν.

Καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς εὐσεβοῦς βασιλείας Βασιλείου τοῦ αἰο- 20
δίμου, ὅσα μὴ τῆς λήθης παρεσύρη ρεύμασι καὶ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ ἐξέτηλα γέγονε, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ πρὸ τῆς βασιλείας ἀγωγή,

17 τῶν πατρῶων κληρῶν **A** 20 Βασιλείου om **F** 21 τοῖς λήθης?

incidit, qui ex profluvio ventris acciderat; quod ipsum ex casu inter venandum oriri contigerat. iamque paulatim tali tabe contabescebat. imperii itaque rebus optima ratione dispositis, designatoque successore, nec non singulis consentanea ratione solertique consilio constitutis, tandem febris ardoribus violentiori aestu eius omnem vitalem humorem exhaurientibus ac consumentibus vita excessit, cum imperasset cum Michaële eius decessore annum unum, alios vero decem et novem solus rerum summam praeclare administrasset; cum civilibus optime constitutis, ipsa quoque armata militia praeclare effulsisset, atque imperii fines produxisset, iniuriamque ac vim a subditis omnibus longe reppulisset, ut et merito Homericum illud optimi regis in eum quadret elogium "utrumque, rex bonus et fortis bellator."

Excepit post eum rerum summam, qui et natura ipsoque virtutis iure ad paternam hereditatem vocabatur subditorumque votis exposcebatur, mitissimus Leo ac sapientissimus, liberorum ipse superstitem natu maximus.

Atque haec incliti Basilii pie religioseque administrati imperii munera, quotquot illius rerum oblivionis gurgitem effugerunt, nec quod intercurrit aevo exoleverunt. ipsam quoque eius ante adeptum imperium

καὶ ὅσα ἡ τῆς ὅλης αὐτοῦ ζωῆς περιέχει ὑπόθεσις, κατὰ τὸ ἡμῶν
 ἔφικτόν, καθὼς ἡ τῆς ἀληθείας εἶχε φύσις, ἀπήγγελλται καὶ
 ἐστόρηται.

institutionem, ac quanta omnis eius vitae argumentum ratioque comple-
 ctitur, quoad licuit ac veritatis ordo posebat, narravimus et in histo-
 riam coniecimus.

Β Α Σ Ι Λ Ε Ι Α

P 217

ΛΕΟΝΤΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.

Λ Ο Γ Ο Σ Ζ.

Βασίλειος τελευτήσας, Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ αὐτοκράτωρ ἐβασί-
 λευσεν ἔτη εἴκοσι πέντε, μῆνας ὀκτώ. Στέφανος δὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελ-
 φὸς κληρικὸς ὢν καὶ σύγκελλος συνῆν τῷ πατριάρχῃ Φωτίῳ, ὑπ'
 αὐτοῦ ἀναγόμενός τε καὶ παιδευόμενος. ἀπέστειλεν οὖν ὁ βασιλεὺς
 τὸν στρατηλάτην Ἀνδρέαν ἐν τῇ Χρυσοπόλει καὶ ἄλλους συγκλητι-
 κοὺς σὺν αὐτῷ μετὰ κλήρου καὶ κηρῶν καὶ ἄρμάτων· καὶ ἐξαγα-
 γόντες τοῦ τάφου τὸν Μιχαὴλ ἐν γλωσσοκόμῳ κυπαρισσίῳ κατέ-
 θεντο, καὶ ἐπὶ κραβάτου θέντες, ἐντίμως καὶ βασιλικῶς περι-
 στείλαντες, ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγον, καὶ μεθ' ὕμνων μέχρι τῶν
 οὐγίων ἀποστόλων προέπεμψαν, ἐπομένων ἐκεῖσε καὶ τῶν αὐτοῦ
 ἀδελφῶν, καὶ ἐν λάρνακι κατέθεντο.

2. Μετὰ ταῦτα δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν αὐτὸν στρατηλάτην P 218
 Ἀνδρέαν ἅμα Ἰωάννη Ἀγιοπολίτῃ, λογίῳ πάνυ ὄντι καὶ λογοθέτῃ

IMPERIUM LEONIS IMPERATORIS.

L I B. VI.

Defuncto Basilio Leo eius filius imperator rerum potitus est, annos
 quinque supra viginti, octo menses. Stephanus illius frater clericus cum
 esset ac syncellus, cum Photio patriarcha versabatur, sub cuius educa-
 batur ac erudiebatur disciplina. misit itaque imperator Andream magi-
 strum militiae Chrysopolim, aliosque cum eo senatorii ordinis, cum clero
 et cereis ac curribus; eductumque e sepulchro Michaelis cadaver ac in
 cypressino loculo positum lectuloque impositum, pretiosis vestibus re-
 gioque cultu ornatum, in urbem invexerunt; ac cum canticis ad sacram
 usque apostolorum sedem pompa deduxerunt, eius quoque fratribus illis
 suans comitantibus, tumultoque condiderunt.

2. Post haec vero idem imperator eundem magistrum militiae An-
 dream cum Ioanne Hagiopolita, viro valde erudito ac qui cursus publici

Theophanes contin.

τοῦ δρόμου γεγονότι, ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ ἀπέστειλεν, οἳ ἐν τῷ ἄμβρανι ἀνελθόντες καὶ τὰς τοῦ πατριάρχου Φωτίου αἰτίας πάντων εἰς ἐπήκοον ἀναγνόντες τοῦτον τοῦ θρόνου κατήγαγον, καὶ ὑπερόριον αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀρμονιανῶν τῇ ἐπονομαζομένῃ τοῦ Βόρδοнос ἀνήγαγον. Στέφανον δὲ σύγκελλον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν 5 πατριάρχην προβάλλεται, ὑπὸ Θεοφάνους χειροτονηθέντα τοῦ B πρωτοθρόνου. ἔζησεν δὲ πατριαρχῶν ἔτη ἕξ καὶ μῆνας πέντε, καὶ τελευτήσας θάπτεται ἐν τῇ μονῇ Σικεῶν.

3. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Ζαοῦτζαν Στυλιανὸν μάγιστρον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου προβάλλεται. 10

4. Προεδόθη δὲ ἡ πόλις ἡ ἐπώνυμος Ὑψηλή, καὶ ἡχμαλωτίσθησαν ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. γέγονε δὲ καὶ μέγας ἐμπρησμός πλησίον τῶν Σοφιῶν, καὶ ἐνεπρήσθη καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ, ὃν ὁ βασιλεὺς Λέων λαμπρῶς ἀνεκαίνισεν. 15

5. Ἀποστείλας δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς Εὐχαΐταν Θεόδωρον τὸν C Σανδαβαρηνὸν ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγεν· Ἀνδρέας δὲ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν καὶ Στέφανος ὁ μάγιστρος τῆς Καλομαρίας, οἳ πολλὰ πρὸς Βασιλειὸν διαβληθέντες ὑπὸ τοῦ Σανδαβαρηνοῦ, ὑπέθεντο τῷ βασιλεῖ ὡς βουλευθεῖς Φωτίος τε καὶ Θεόδωρος ὁ Σανδαβαρη- 20 νὸς βασιλέα ἐκ συγγενῶν Φωτίου ποιήσασθαι. προσέταξε δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἄμφω ἐν τοῖς παλατίοις ἤγαγον τῶν Πηγῶν, καὶ

20 βουληθείη?

logotheta extiterat, ad S. Sophiae misit. qui ambone consensu, relictisque in omnium auribus Photii patriarchae accusationis capitibus, eum e sede expulerunt inque Armonianorum monasterium, quod Bordonis vocant, exsulem relegarunt. Stephanum autem fratrem suum syncellum Leo patriarcham praeficit, ordinationis manus impendente Theophane primae sedis antistite. vixit autem in patriarchatu annos sex et menses quinque: vita functus in Siceorum tumultur monasterio.

3. Imperator Zautzam Stylianum magistrum praefecit ac cursus publici logothetam.

4. Proditione capta urbs Hypsele dicta, eiusque omnes incolae ac cives ab Agarenis ducti in captivitatem. sed et ingenti prope Sophiam excitato incendio, ipsa quoque S. Thomae apostoli sacra aedes ambusta, quam Leo imperator postmodum magnifice instauravit.

5. Missis imperator Euchaitam apparitoribus Theodorum Santabarenum in urbem induxit. Andreas vero scholarum domesticus et Stephanus magister Calomariae dictus, multis olim apud Basilium a Santabareno petiti accusationibus, Leoni suggerunt id Photio ac Theodoro fuisse constitutum, ut imperatorem ex Photii gente eiusque cognatis crearent. iussit itaque imperator, ambosque ad regias in Pegis aedes add

ἰδίᾳ φρουρεῖσθαι διεκελεύσατο. ἀπειστάλησαν δὲ διαγνώμονες τῶν
 κατ' αὐτῶν κινουμένων αὐτός τε ὁ μάγιστρος Στέφανος καὶ ὁ
 δομέστικος Ἀνδρέας καὶ ὁ Κρατερὸς καὶ ὁ Γοῦμερ πατρίκιοι καὶ D
 Ἰωάννης ὁ Ἀγιοπολίτης. ἀγαθόντες οὖν τὸν πατριάρχην Φώτιον
 5 καὶ ἐπὶ θρόνου ἐντίμως καθίσαντες, καὶ αὐτοὶ καθεσθέντες, τὴν
 ἐξέτασιν ἐποιούντο. ὁ δὲ δομέστικος Ἀνδρέας ἔφη τῷ πατριάρχῃ
 “γνωρίζεις, ὦ δέσποτα, ἀββᾶν Θεόδωρον;” ὁ δὲ “ἀββᾶν οὐ γνω-
 ρίζω Θεόδωρον.” ὁ δὲ Ἀνδρέας “τὸν ἀββᾶν οὐ γνωρίζεις Θεό-
 δωρον τὸν Σανδαβαρηνόν;” καὶ ὁ πατριάρχης “γνωρίζω τὸν μονα-
 10 χὸν Θεόδωρον ἀρχιεπίσκοπον ὄντα Εὐχαΐτων.” ἐνεχθέντος δὲ
 τοῦ Σανδαβαρηνοῦ, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀνδρέας “ὁ βασιλεὺς σοι
 δηλοῖ, ποῦ εἰσὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ πράγματα τῆς βασιλείας μου;” P 219
 ὁ δὲ ἔφη “ὅπου δέδωκεν αὐτὰ ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν βασιλεὺς· νῦν
 δὲ ἐπεὶ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ζητεῖ, ἕξουσίαν ἔχει τοῦ ἀναλαβεῖσθαι
 15 αὐτά.” καὶ ὁ Ἀνδρέας “εἶπέ, τίνα ἐβουλεύου βασιλέα ποιῆσαι
 τῷ πατρὶ τοῦ βασιλέως ὑποθείς τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἴδιον ἀπο-
 στερεῆσαι νίον; σὸν συγγενῆ ἢ τοῦ πατριάρχου;” ὁ δὲ εἶπεν “οὐκ
 οἶδα ταῦτα περὶ ὧν μοι κακηγορεῖτε.” λέγει οὖν ὁ μάγιστρος
 Στέφανος “καὶ πῶς ἐμήνυσας τῷ βασιλεῖ ἐλέγξαι περὶ τούτου τὸν
 20 πατριάρχην;” ὁ δὲ παρευθὺ τοῖς ποσὶ τοῦ πατριάρχου προσπε-
 σῶν εἶπεν “ὀρκίζω σε δέσποτα κατὰ τοῦ θεοῦ ἵνα πρότερόν με B
 καθαιρήσης, καὶ τότε γυμνὸν με ὄντα ἱερωσύνης ὡς κακοῦργον
 ὄντα κολαζέτωσαν· οὐ γὰρ τοιαῦτα τῷ βασιλεῖ ἐδήλωσα.” ὁ δὲ

ctos in sua quemque custodia seorsumque servari praecepit. missi co-
 gnitores capitum accusationis, magister ipse Stephanus et Andreas do-
 mesticus et Craterus et Gumer patricii et Ioannes Hagiopolita. adducto
 itaque patriarcha Photio, et in sede reverenter collocato, ipsi quoque
 sedentes causae examen instituunt. tunc Andreas domesticus patriarchae
 infit “nosti, domine, abbatem Theodorum?” cui ille “abbatem Theodo-
 rum non cognosco.” ait Andreas “Theodorum abbatem Santabarenum
 non nosti?” cui patriarcha “Theodorum monachum Santabarenum Eu-
 chaitarum archiepiscopum cognosco.” tum Santabareno in medium ad-
 ducto, ait ad eum Andreas “mandat tibi imperator, ubi sunt imperii mei
 pecuniae bonaque et supellex?” ait ille “ubi illa dedit, qui pro tem-
 pore imperium gessit. nunc autem quoniam haec imperator quaerit,
 licet illi ea recipere.” tunc Andreas “dic, oro, quem voluisti imperato-
 rem facere, cum imperatoris patri auctor esses ut filium oculis orbaret?
 num tibi sanguinis necessitudine coniunctum, an patriarchae?” respon-
 dit ille “haec, quae mihi obiicitis crimina, nescio.” ad quem magister
 Stephanus “scquomodo imperatori significasti te patriarcham eius sceleris
 reum peracturum?” mox ille, hisce auditis, patriarchae pedibus ad-
 volutus “obtestor te, domine, per deum,” ait, “ut me prius deicias ac
 exauctores, tumque in me omni sacerdotio nudatum, ut maleficum, ani-
 madvertant. nec enim eiusmodi aliquid unquam imperatori detuli.” tum

πατριάρχης ἔφη “μὰ τὴν σωτηρίαν ἐμῆς ψυχῆς, κύρι Θεόδωρε, ἀρχιεπίσκοπος εἶ καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.” Θυμωθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις Ἀνδρέας ἔφη “καὶ οὐκ ἐμήνυσας, ἀββᾶ, τῷ βασιλεῖ δι’ ἐμοῦ ἵνα ἐν τούτῳ τὸν πατριάρχην ἐλέγξης;” ὁ δὲ ἀπηρνῆσατο μηδὲν εἰδέναί. ὑποστρέψαντες οὖν τῷ βασιλεῖ τὰ 5
 C λαληθέντα ἀνήγγειλαν· ὁ δὲ βασιλεὺς θυμῷ καὶ ὀργῇ ἀκατασχέτῳ ληφθεὶς, ὡς μὴ εὐλογον αἰτίαν κατὰ τοῦ πατριάρχου εὐρηκίως, ἀποστείλας ἔτυψε τὸν Σανδαβαρηνὸν σφοδρῶς καὶ ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις. κατόπιν δὲ ἀποστείλας ἐξετύφλωσεν αὐτὸν καὶ ἐξώρισεν εἰς Ἀνατολήν. χρόνον δὲ παραφηκότων πολλῶν ἐκ τῆς ἐξορίας 10 αὐτὸν ἀνεκαλέσατο καὶ ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγεν, προστάξας σιτηρέσια τοῦτον ἐκ τῆς νέας ἐκκλησίας λαμβάνειν· ὅς καὶ τελευτᾷ ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ζωῆς τῆς αὐτοῦ μητρὸς.

6. Ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ Λέοντος ὁ Λογγίβαρδος δούξ, D γαμβρὸς δὲ τοῦ ῥηγὸς Φραγγίας γεγονώς, ἀντῆρε τῷ βασιλεῖ κα- 15 ταστασιάσας καὶ πῦσαν τὴν χώραν ὑφ’ ἐαυτῷ ποιησάμενος. τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνον τὸν τῆς τραπέζης σὺν πῦσι τοῖς δυτικοῖς ἐξαπέστειλεν θέμισιν ὥστε καταπολεμῆσαι Ἑγλώνα. συμβολῆς δὲ γενομένης οἱ μετὰ Κωνσταντίνου ἠττήθησαν καὶ κατεσφάγησαν, μόγις ἐκείνου περισωθέντος. γέγονε δὲ τηνικαῦτα καὶ 20 ἡλιακὴ ἔκλειψις, ὥρα τῆς ἡμέρας ἕκτη, ὥστε καὶ τοὺς ἀστέρας φαίνεσθαι, ἀνέμων τε βιαία φορὰ καὶ ἀστραπαὶ καὶ βρονταί,

11 αὐτοῦ P, αὐτὸν margo.

patriarcha “per salutem animae meae, domine Theodore, archiepiscopus es, tum in saeculo hoc tum in futuro.” ad haec Andreas ira concitatus “nonne meo ipsius ore, abba, eius te criminis reum peracturum Photium significasti?” cui ille rursus scire se aliquid negavit. reversi itaque nuntiant quae illa cognitione essent interlocuti. imperator ira percitus effrenique furore subactus, ut qui probabile adversus patriarcham crimen nullum nactus esset, Santabarenum acriter verberari iubet, tumque Athenis exulare. post eum vero mittens oculis orbavit et in Asiam relegavit. multis autem exactis annis ab exilio revocatum in urbem induxit, annonasque illi ex novae ecclesiae censu constituit. porro diem obiit Constantino et Zoe illius matre imperatoribus.

6. Leonis temporibus Longobardiae dux, qui gener (i. e. affinis) regis Franciae fuit, adversus imperatorem rebellionem movit, ab eoque deficiens regionem omnem suae dicionis fecit. imperator eius certior factus Constantinum mensae praepositum cum occidentalis tractus legionibus omnibus ad debellandum Egeonem misit. conserta autem pugna Constantini victus exercitus est et ad internecionem deletus, adeo ut vix ipse a clade Constantinus superstes exstiterit. contigit vero tunc etiam solaris eclipsis, diei hora sexta, ita ut et stellae in caelo apparerent.

ὥστε καὶ ἐν τοῦ φόρου ἀναβαθμοῖς τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ἀν-
θράπους κεραυνωθῆναι ἐπτά.

7. Ἐπολιορκήθη δὲ ὑπὸ Ἀγαρηνῶν ἡ Σάμος, συμπαρα- P 220
ληφθέντος καὶ τοῦ στρατηγοῦντος ἐν αὐτῇ Πασπαλαῖ. Λέων δὲ ὁ
5 βασιλεὺς βασιλεοπάτορα τὸν Ζαούτζαν τιμᾶ, αὐτὸς καινουργήσας
τὸ ὄνομα· ἤδη γὰρ Ζωῆ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συνεφιλιώθη, τοῦ
ταύτης ἀνδρὸς Θεοδώρου, ᾧ Γουνιατζιτζης ἐπώνυμον, ἀναιρεθέν-
τος φαρμάκῳ.

8. Στεφάνου δὲ πατριάρχου τὸν βίον ἀπολιπόντος, Ἀν-
10 τώνιος ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Καυλέας πατριάρχης ἀντ' αὐτοῦ προχει-
ρίζεται.

9. Ἀγγελία δὲ κατέλαβεν ὡς ὁ ἄρχων Συμεὼν Βουλγαρίας
βούλεται κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατεύσασθαι, πρόφασιν ἔχων τῆς B
μάχης ταύτην. εὐνοῦχον εἶχε δοῦλον ὁ βασιλεοπάτωρ Ζαούτζας·
15 Μουσικὸς ἦν ὄνομα τούτῳ. οὗτος συνεφιλιώθη ἀνδράσιν ἐμπο-
ρικοῖς καὶ φιλοκερδέσι καὶ φιλοχρύσοις, ἐξ Ἑλλάδος οὔσι, Σταυ-
ρακίῳ τε καὶ Κοσμᾶ· οἳ τινες μεδίτεια τοῦ Μουσικοῦ κερδαίνειν
βουλόμενοι τὴν μετὰ Βουλγάρων πραγματείαν ἐν τῇ πόλει ἐν Θεσ-
σαλονίκη μετέστησαν, κακῶς κουμερκεύοντες τοὺς Βουλγάρους.
20 τῶν δὲ Βουλγάρων ταῦτα τῷ Συμεὼν ἀναγγειλάντων, αὐτὸς δῆλα
ταῦτα τῷ βασιλεῖ κατέστησε Λέοντι. ὁ δὲ πάντα ὡς λῆρον ἐλο-
γίζετο, τῇ πρὸς Ζαούτζαν προσπαθείᾳ νικώμενος. μανεῖς οὖν ὁ C
Συμεὼν ἤρε κατὰ τῶν Ῥωμαίων τὰ ὄπλα. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν

tantaque ventorum vis ac turbo fuit fulguraque et tonitrua, ut et septem
viri in gradibus Fori S. Constantini e caelo tacti perierint.

7. Expugnata ab Agarenis Samus est, una quoque Paspala prae-
tore in eo comprehenso. Leo autem imperator Zautzam imperatoris
patrem, novo abs se dignitatis titulo excogitato, appellat. iam enim se-
creto amore Zoes eius filiae flagrabat, viro illius Theodoro, cognomento
Guniazitze, veneno sublato.

8. Stephano patriarcha vivis exempto, in eius locum praeficitur
Antonius cognomento Cauleas.

9. Venit nuntius rumorque percrebuit, Symeonem Bulgarorum
principem expeditionem moliri adversus Romanos, ea scilicet praetexta
causa. Zautzas imperatoris pater servum eunuchum habebat, Musicum
nomine. iunxerat hic amicitias cum Stauracio et Cosma, viris mercato-
ribus, lucrique ac auri cupidis, Attica oriundis. hi porro Musici aucto-
ritate freti, maioris quaestus gratia, quod in urbe cum Bulgaris commer-
cium erat, Thessalonicam transferunt et graviora vestigalia a mercato-
ribus Bulgaris exigunt. Bulgari de iniuria Symeoni expostulant: ipse
vicissim eorum querelas per nuntium Leoni exponit. is vero ob bene-
volentiam qua Zautzam prosequabatur, cuncta haud secus ac nugas spre-
vit. Symeon ergo furere actus arma adversus Romanos sumit. rescivit

Κρηνίτην ἀποστέλλει κατ' αὐτοῦ στρατηλάτην ὄντα, λαῶ πολλῶ καὶ ἄρχουσι καθοπλίσας αὐτόν. συμβουλῆς δὲ ἐν Μακεδονίᾳ γενομένης ἠττῶνται Ῥωμαῖοι, καὶ κατασφάττεται αὐτός τε ὁ Κρηνίτης καὶ ὁ Ἀρμένιος Κουρτίκης καὶ ἄλλοι πολλοί. ἐπεὶ δὲ καὶ Χαζάρους κατέσχευεν ὁ Συμεὼν τῶν ἐκ τῆς ἑταιρείας τοῦ βασιλέως 5 Λέοντος, τὰς αὐτῶν ῥίνας ἀποτεμὼν εἰς αἰσχύνην τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ πόλει ἀπέστειλεν· οὓς ἰδὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ θυμοῦ πλησθεὶς,

D Νικήταν τὸν ἠνομαζόμενον Σκληρὸν ἐν τῷ Δανουβίῳ ποταμῷ μετὰ δρομώνων ἐξαπέστειλεν, δοῦναι δῶρα τοῖς Τούρκοις ὥστε τὸν Συμεὼν καταπολεμῆσαι. ὁ δὲ τούτοις συντυχῶν καὶ πείσας κατὰ 1 Συμεὼν ὄπλα ἄρασθαι, ὁμήρους λαβὼν παρ' αὐτῶν πρὸς βασιλέα ὑπέστρεψεν. ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τε γῆς καὶ θαλάττης διέγνω τοὺς Βουλγάρους πολεμεῖν. καὶ διὰ μὲν θαλάσσης Εὐστάθιον δρουγ γάριον ἀποστέλλει, διὰ γῆς δὲ πατρίκιον Νικηφόρον τὸν Φωκῶν, δομέστικον τῶν σχολῶν μετὰ τὴν τελευταίαν Ἀνδρέου γεγόμενον. 1

P 221 ὧν μέχρι Βουλγαρίας καταλαβόντων, ὁ βασιλεὺς τὸν κραιίστωρα Κωνσταντῖνῶν πρὸς Συμεὼν ἐξαπέστειλεν, ἔτι τὴν εἰρήνην στέργων καὶ βουλόμενος σπείσασθαι πρὸς αὐτόν· ὃν Συμεὼν κατασχὼν ἐν φρουρᾷ κατακλείει, δόλῳ πρὸς αὐτὸν ὑποπτέουσας παραγενέσθαι. τοῦ Συμεὼν οὖν ἐπὶ τὸ στράτευμα Νικηφόρου ἀσχο- 2 λουμένου, οἱ Τούρκοι καταδραμόντες πᾶσαν τὴν Βουλγαρικὴν ἐληΐσαντο γῆν. ὁ Συμεὼν ἐκμαθὼν κατὰ τῶν Τούρκων ἐτράπετο. οἱ δὲ ἀντιπεράσαντες πόλεμον πρὸς Βουλγάρους συμβάλλουσι καὶ

imperator, Crinitemque magistrum militiae ingenti exercitu procerumque numero constipatum adversus illum mittit. concurrentibus aciebus in Macedonia victi Romani, occisus ipse Crinites et Curtices Armenius ac alii multi. quod vero Symeon etiam Chazaros Leoni imperatori foederatos inter spolia ceperat, amputatis eorum naribus Romanorum probro in urbem eos remisit. spectaculi indignitate ira totus effervescens imperator, Nicetam cognomento Sclerum (Durum dicas) cum celocibus ad Danubium fluvium mittit, qui Turcos oblatiis muneribus adversus Symeonem eiusque debellandi causa conducatur. Nicetas ubi in colloquium venit, Turcosque et ipsos ad bellum adversus Symeonem induxit, acceptis etiam ab eis obsidibus ad imperatorem rediit. imperator terra marique urgendum Bulgaricum bellum constituit; ac mari quidem Eustathium drungarium mittit, terra autem Nicephorum Phocam patricium, extincto Andrea, scholarum domesticum. ad Bulgariam usque copiae venerant, cum imperator Constantinacium quaestorem ad Symeonem misit, adhuc pacem ambiens ac cum eo foedus percutere volens. Symeon comprehensum legatum in carcere tenuit, secum dolo agi existimans. dum itaque Symeon Nicephori copiis aciem opponit, omnem Turci Bulgaricam dicionem late vastant ac diripiunt. audivit Symeon, adversumque Turcos vertit impetum. Turci iterum trajecto amne, conserta cum Bulgaris

νικῶσι τούτους κατὰ κράτος, ὡς μόλις τὸν Συμεὼν ἐν τῇ Δίστρα
 περισωθῆναι. ἤτησαντο οὖν οἱ Τοῦρκοι τὸν βασιλέα τοὺς Βουλ- B
 γάρων αἰχμαλώτους ἠνθήσασθαι· ὃ δὴ καὶ πεποίηκεν, τοὺς πολί-
 τας ἔξαποστείλας εἰς τὴν τούτων ἐξώνησιν. ὃ δὲ Συμεὼν δι' Εὐ-
 5 σταθίου δρουγγαρίου τὸν βασιλέα περὶ τῆς εἰρήνης ἰκέτευεν· πρὸς
 ἣν ὑπεῖξεν ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸν Χοιροσφάκτην Λέοντα πρὸς τὸ
 ταύτην ποιήσασθαι ἔξαπέστειλεν. ὃ δὲ δομέστικος Νικηφόρος καὶ
 ὁ δρουγγάριος Εὐστάθιος ὑποστρέψαι μετὰ λαοῦ ἐκελεύσθησαν.
 Λέοντα δὲ Χοιροσφάκτην οὐδὲ λόγου ἤξιωσεν ὁ Συμεὼν, ἀλλ' ἐν
 10 εἰρκτῇ ἔστραγγάλισατο. ἔκατρατεύσας δὲ κατὰ τῶν Τούρκων
 πάντα κατέσφαξεν, μὴ δυναθέντας παρὰ Ῥωμαίοις βοήθειαν
 δέξασθαι. ὑποστρέψας δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ γαυριῶν πρὸς τὸν Λέοντα C
 ἔφη “εἰ μὴ πρότερον πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν Βουλγάρων λάβω,
 εἰρήνην οὐ ποιῶ.” ἐπένευσεν οὖν ὁ βασιλεὺς ταύτην ἀποδοῦναι.
 15 ἦλθεν οὖν μετὰ Λέοντος ὁ Βούλγαρος Θεόδωρος, οἰκεῖος ὢν τῷ
 Συμεῶν, καὶ παρέλαβεν αὐτούς.

10. Τοῦ δὲ δομεστικού Νικηφόρου πρὸς τοῦ βασιλέως
 ἐξόχως ἀγαπωμένου, ὁ βασιλεοπάτωρ Ζαούτζας τοῦτον ὡς δυνά-
 στην προεβάλλετο, γαμικὸν μετ' αὐτοῦ ποιῆσαι συνάλλαγμα βου-
 20 λόμενος. τοῦ δὲ πρὸς τοῦτο ἀπαναινομένου, μήποτε δῶ ὑπόνοιαν
 τῷ βασιλεῖ Λέοντι, μανεῖς ἐπὶ τούτῳ ὁ Ζαούτζας αἰτίας ἐκίνησε D
 κατ' αὐτοῦ καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦτον μετέστησεν. προεβλήθη δὲ ἀντ'
 αὐτοῦ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ μάγιστρος Κατακαλῶν. ἐπὶ πολὺ

10 ἠστρηλίσατο P, ἔστραγγάλισατο margo.

acie, eos penitus prefligant, ita ut Symeon Distram incolumis vix eva-
 serit. victores Turci ab imperatore exposcunt ut Bulgarorum captivos
 redimat. praestitit ille, cives mittens qui redimerent. porro Symeon
 Eustathii drungarii opera pacem supplex imperatorem rogat. annuit in
 eam imperator, Leonem Choerosphactem ad eam componendam mittens.
 Nicephorus domesticus et Eustathius drungarius redire iussi cum copiis.
 Symeon Leonem Choerosphactem nec alloquio dignatus stringit in car-
 cere. expeditione vero in Turcos suscepta omnes ingulavit, cum eis
 nulla ex Romanis auxilia licuisset accipere. reversus Symeon pro vi-
 ctoria ferociens, Léoni denuntiat nulla se pacis foedera admissurum, nisi
 Bulgaros omnes captivos ante receperit. annuit imperator, ac reddendos
 captivos consentit. venit itaque Theodorus Bulgarus Symeonis domesti-
 cus cum Leone, eosque recepit.

10. Nicephorus domesticus eximie carus imperatori erat. hunc
 Zautzas imperatoris pater ceu virum potentatum obtinentem ad id mu-
 nus provexerat, nuptiarum cum illo commercia ambiens. verum respuit
 ille, ne quam forte Léoni imperatori de se suspicandi occasionem prae-
 beret. ea re furis actus Zautzas crimina in eum intentans dignitate
 spoliat. eius loco scholarum domesticus provectus magister Catacalo.

δὲ σφοδράσας ὁ Νικηφόρος ἑαυτὸς στρατηγὸς ἐν τῷ τῶν Θρακησίων θεματι προχειρίζεται. πολλὰς δὲ καὶ γενναίας ἀνδραγαθίας διὰ πίσεως αὐτοῦ ἐν τοῖς πολέμοις καταπραξάμενος βιοτῆς, καὶ πολλὰ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν στησάμενος τρόπαια, τελευτᾷ τὸν βίον ἐν γῆρα καλῷ, υἱὸς καταλιπὼν Βάρδα καὶ 5 Λέοντα, ὧν ὁ Βάρδας οἰκειότατος ὦν τῷ βασιλεῖ Λέοντι ἐπὶ ἐργετὸ τε καὶ ἡγαπάτο καὶ δουλείαις ἐξυπηρετεῖτο ταῖς ἀνηκούσαις P 222 τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ βασιλεὺς, καθὼς εἴρηται, τὸν Καταναλὸν προχειρισάμενος εἰς δομέστικον κατὰ τοῦ Συμεῶν τοῦτον ἐξαποστέλλει, συνεξαποστελλίς αὐτῷ καὶ Θεοδόσιον πατρικίον καὶ πρωτοβεστιά- 10 ριον. διαπερασάντων δὲ πάντων τῆς ἀνατολῆς θεμάτων τε καὶ ταγμάτων, καὶ πολέμου μετὰ Βουλγάρων συγκροτηθέντος περὶ τὸ Βουλγαρόφυγον, τρέπονται Ῥωμαῖοι κακῶς, καὶ πάντες ἀπαίλοντο οἷς συναπώλετο καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος Θεοδόσιος. ἐπὶ τούτου καὶ οἱ τῆς Χερσῶνος οἰκήτορες τὸν αὐτῶν ἀπέκτειναν στρατηγὸν Συ- 15 μεῶν τὸν τοῦ Ἰωνᾶ. παρελήφθη δὲ καὶ τὸ Κόρον ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν.

B 11. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὰ Δαμιανοῦ ἐξελθὼν εἶχεν μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὴν Ζωὴν τὴν τοῦ Ζαούτζα θυγατέρα καὶ αὐτὸν τὸν Ζαούτζαν. Θεοφανῶ δὲ ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ οὐ παρῆν ἐκεῖσε, 20 ἀλλ' ἐν τῇ ἀγίᾳ σορῶ τῇ ἐν Βλαχέρναις προσεκαρτέρει εὐχομένη. δόξαν δὲ τῷ βασιλεῖ μένειν ἐν τοῖς Δαμιανοῦ, συμβούλιον οἱ τοῦ Ζαούτζα ποιησάμενοι, ὃ τε υἱὸς αὐτοῦ ὁ Ταύτζης καὶ οἱ λοιποὶ, τῇ νυκτὶ τὸν βασιλέα διαχειρίσασθαι ἐβουλεύσαντο. ἡ δὲ Ζωὴ

post longam vacationem Nicephorus iterum dux in Thracensiorum themate constituitur; multisque, quoad vixit, egregie fortiterque bello gestis, nec paucis adversus Agarenos gentesque alias erectis tropaeis, in senectute bona diem obiit, Barda et Leone liberis relictis, quorum prior Leoni imperatori familiaris illi carissimus erat eiusque ministeria strenuus obibat. imperator itaque, ut dictum est, Catacalonem creatum domesticum adversus Symeonem mittit, cui etiam Theodosium patricium ac protovestiarium comitem adianxit; cunctisque Asiae cohortibus ac ordinibus traductis, collatis signis cum Bulgaris ad locum (quem vocant) Bulgarophygon, Romani male funduntur omnesque internecioni dantur, ipso etiam patricio ac protovestiario Theodosio desiderato. inter haec etiam Chersonitae ducem suum Ionae filium Symeonem occiderunt, Agarenis in Cappadocia Corum ceperunt.

11. Imperator ad Damiani aedes egressus Zoen Zautsae filiam secum habebat ac ipsum Zautsam. Theophano autem imperatoris uxor iis solennibus non intererat, sed ad sanctum loculum in Blachernis precibus assidua erat. visum imperatori in illis aedibus morarum aliquid trahere. Zautsae affines, tum scilicet eius filius Tautzes tum reliqui, consilium ineunt ut imperatorem noctu interimant. at Zoc in imperatoris sinu

τῷ βασιλεῖ συγκαθεύδουσα καὶ τὸν θρόνον ἐνωτισθεῖσα, διὰ τῆς θυρίδος προκύψασα κατεσίγασεν, ὡς δὲ τοῦ δεινοῦ τῆς ἐπιβουλῆς ᾗσθετο ἀκριβῶς, πὸν βασιλέα θνηπίσασα τὸ πραττόμενον κατεσήμανεν· ὃς ἐν πλοίῳ εὐθὺς εἰσελθὼν εἰς Πηγὰς διεπέρασεν, πάν- C
 5 τας ἐκείσε καὶ αὐτὸν τὸν Ζαούτζαν καταλιπὼν. ταχὺ δὲ προὔεις τὸ παλάτιον εἰσελθὼν Ἰωάννην μὲν τὸν βίγλης δρουγγάριον διεδέξατο, Πάρδον δὲ υἱὸν Νικολάου ἑταιρειάρχου ἀντ' αὐτοῦ προεβάλετο· ὁ γὰρ Νικόλαος οὗτος φίλος ἦν τῷ βασιλεῖ καὶ πιστός, καὶ [περὶ] τὰ ἀπόρρητα πάντα τοῦ Ζαούτζα δῆλα τούτῳ καθίστη καὶ
 10 ἔκπυστα. ἔκτοτε οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ τοῦ Ζαούτζα κελλίον οὐκ εἰσῆρχετο, εἰ μὴ Λέων ὁ μάγιστρος, ᾧ Θεοδοτάκης ἐπώνυμον, τούτους ἀλλήλοις δειλάξεν.

12. Τελειτῆ δὲ Ἀγούστου Θεοφανῶ ἔτη βασιλεύσασα D
 5 δωδέκα, ἧτις καὶ θαυματουργὸς ἀνεδείχθη, ἀνωτέρα τοῦ τῆς ζηλοτυπίας πάθους φανεῖσα καὶ πρῶως τὴν παρενδοκίμησιν ὑπενεγκοῦσα Ζωῆς, καὶ ἐν ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς τὸν ἅπαντα βίον διαπόσασα.

13. Στέφει Λέων ὁ βασιλεὺς τὴν θυγατέρα τοῦ Ζαούτζα Ζωὴν, καὶ εὐλογεῖται παρὰ τοῦ κληρικοῦ τοῦ παλατίου, ᾧ ἐπίκλην
 10 Σινάπης. ὁ μὲν οὖν εὐλογήσας καθηρέθη, ἡ δὲ ἔτος ἕν καὶ μῆνας ὀκτὼ βασιλεύσασα ἐτελεύτησεν. λάρνακα δὲ ἐφεῦρον ἐφ' ᾧ ἀποτεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς ἐν αὐτῇ, ἧτις τοιάνδε εἶχεν ἐγκεκολλημέν- P 223
 νην γραφὴν "θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἢ ταλαίπωρος."

dormiens, audito murmure, per fenestram aspectans silentium indicebat. perspectoque clare insidiarum periculo, suscitans imperatorem insidias indicavit. statim ergo in navigium ingressus Pegas transfretavit, cunctis ibi, ac ipso Zautza, relictis. statimque mane in palatium veniens, Ioanne excubiarum drungario ab officio remoto Pardam Nicolai heteriar-
 chae filium ei numeri praefecit: is namque Nicolans imperatori amicus propensaque in eum fide Zautzae arcana omnia ac consilia ei detegebat. ex tunc igitur imperator in Zautzae cubiculum non introibat, donec Leo magister, cognomento Theodotaces, ambos reconciliasset.

12. Moritur Theophano Augusta, annos duodecim imperio potita, atque post mortem miraculorum gloria claruit; quae nimirum zelotypiae affectu superior fuisset, Zoesque spretionem placide tulisset, ac vitam omnem eleemosynis atque precibus assidua egisset.

13. Coronat Leo imperator Zoen Zautzae filiam, et a quodam clerico palatino, cognomento Sinapes, pro nuptiarum corollis benedictione donatur. benedictionis minister officio depositus est. Zoe cum annum unum ac menses octo in imperio vixisset, fatis functa est. inventa urna in quam eius cadaver inferretur; in haec verba ac sententiam caelata, "filia Babylonis misera."

14. Διεβλήθησαν δὲ τῷ βασιλεῖ Μουσικὸς καὶ Σταυράκιος, ὡς παρὰ τῶν στρατηγῶν δῶρα λαμβάνοντες, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἀρχόντων, μεσιτεύουσι τούτοις τῷ βασιλεοπάτορι. καὶ ποτε τοῦ Σταυρακίου μετὰ γραμμάτων τινὸς τῶν στρατηγῶν εἰς τὸν βασιλεοπάτορα εἰσεληλυθὸς, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ἡλιακῷ ἑστηκώς, κατόπιν αὐτοῦ εἰσῆλθεν καὶ τοῦ τένοντος αὐτὸν λαβόμενος ἔξω ἐξήγαγεν ὡς δῆθεν περὶ τῶν στρατηγῶν ἐρωτήσων, καὶ εἰς τὸ Μονόθυρον ἀγαγὼν καὶ τὰ γράμματα ἐξάρας ἀπεσφενδόνησε τοῦτον καὶ τοῖς προστυγαῦσιν ἔδωκεν τοῦ παλατίου ἐξαγαγεῖν καὶ μοναχὸν ἀποκεῖραι. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Μουσικὸς ἐν ἀπογνώσει γέγονεν. εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐνθα ὁ Μουσικὸς παρίστατο τῷ Ζαούτζα, τοῦτον παρὰ τὸν τράχηλον ὠθήσας ἐξήγαγεν, διορισάμενος Χριστοφόρον κοιτωνίτην ἐν τοῖς Στουδίοις ἀποκεῖραι αὐτόν. μετ' ὀλίγον δὲ Ζαούτζας τελευτᾷ ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ διὰ τοῦ Βουκολέοντος κατενεγκόντες αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Καυλέου κατέθαψαν.

C 15. Συμφιλιούται δὲ ὁ ἐπείκτης Βασίλειος τῷ κουβικουλαρίῳ Σαμωνᾷ τῷ ἐξ Ἀγαρηνῶν, τοῦ τῆς βασιλείας ὀρεγόμενος ἀξιώματος. ἐθάρρησεν δὲ τῷ Σαμωνᾷ ὅτι τῆς θελαῖς ἡμῶν τελευτησάσης Ζωῆς ἑτέρα γυναικὶ πάντως ὁ βασιλεὺς συζευχθήσεται, καὶ ἡμᾶς ἐκποδῶν καταστήσει. δὸς οὖν μοι λόγον ὡς φυλάξεις τὸ ἀπόρητον, καὶ γὰρ σοὶ πάντα θαρρήσω τὰ ὑφ' ἡμῶν βουλευόμενα. ὁ δὲ τοῦτο πεποιηκῶς πᾶσαν παρ' αὐτοῦ τὴν συσκευὴν

14. Porro delati sunt apud imperatorem Musicus et Stauracius, tanquam qui munera a ducibus ac magistratibus acciperent et apud imperatoris patrem per sordes intercederent. ac vero ingresso quandoque Stauracio ad imperatoris patrem cum ducum alicuius libello, ubi eum imperator in solari horologio stans aspexit, hominem pone secutus est cerviceque apprehensum foras eduxit, tanquam nimirum de ducibus quaestionem habiturus; trahensque ad Monothyrum, ablatisque tabulis, hominem excussit; ac iis qui forte aderant, palatio educendum atque in monachum detondendum, dedit. id vero ut cognovit Musicus, desperatione agi suisque rebus diffidere coepit. ingressus itaque imperator, ubi ille Zautzae adstabat, collo apprehensum trudens expulit, ac Christophoro cubiculario in Studianis detonderi praecepit. haud multo post Zautzas in palatio moritur, elatumque eius funus per Bucoleonem in Cauleas monasterio deponitur.

15. Basilius imperialis exactor seu compulsor amicitia iungitur Samonae cubiculario, Agarenorum prosapia sato, imperii scilicet cupidine incensus. concepta ergo fiducia mentem aperit, aitque "defuncta nunc Zoe, amita nostra, fiet prorsus ut imperator aliam uxorem ducat nosque omnes e medio tollat. verum mihi fidem obstringito, arcanum te servaturum; tum ego omne tibi nostrum consilium credam." quod cum ille

ἰδιόδοσκειτο. ὁ δὲ Σαμωνᾶς εἰς βασιλέα εἰσελθὼν ἔφη "θέλω σοί
 τι, δέσποτα, ἰδίᾳ εἰπεῖν, ὅπερ ἐμοὶ μὲν λεγόμενον θάνατον προ-
 ξενεῖ, σοὶ δὲ σιωπώμενον." καὶ διεξῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα πᾶσαν
 Βασιλείου ἐπιβουλήν. τοῦ δὲ βασιλέως τοῖς ῥηθεῖσι διαπιστήσαν- D
 5τος, καὶ εἰπόντος μήποτε ὡς ἐξ ὑποβολῆς τινὸς ταῦτα εἰρήκει, ὁ
 δὲ Σαμωνᾶς "εἰ βούλει πληροφορηθῆναι" φησιν, "οὓς βούλει εἰς
 τὸ ἐμὸν κελλίον ἀπόστειλον, καὶ ἀποκρύψω τούτους ἐν ἀποκρύφῳ,
 καὶ ὅσα παρὰ Βασιλείου καὶ παρ' ἐμοῦ λέγονται, γράψωσι, καὶ
 τηνικαῦτα βεβαιωθήσῃ ὡς οὐδὲν ψεῦδός ἐστι τῶν παρ' ἐμοῦ σοι
 10 ῥηθέντων." ἀποστέλλει οὖν ὁ βασιλεὺς Χριστοφόρον πρωτοβε-
 στιάριον ἄμα Καλοκῦρι κοιτωνίτη· οἱ ἐν τῷ τοῦ Σαμωνᾶ κελλίῳ
 ἀνελθόντες ἐκρύβησαν. ὁ δὲ Σαμωνᾶς τὸν Βασιλείον δελεάσας P 224
 καὶ λόγον ἔνορκον δοῦς ἔπεισε πάλιν πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἐπιβουλήν
 φανερώς ἐξειπεῖν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ βουλευομένους· ἅπερ Κα-
 15λοκῦρις καὶ Χριστοφόρος ἀκούοντες διὰ γραφῆς ἐσημήναντο. τού-
 των δὲ ἄριστευόντων οὗτοι κατελθόντες τὴν γραφὴν τῷ βασιλεῖ
 ὑπεσήμηναν καὶ ἀνέγνωσαν. καὶ παρευθὺ Βασιλείον μὲν προσκα-
 λεσάμενος δέδωκε μιλιάρησια χιλιάδας κδ' ὡς δῆθεν ψυχικὰ τῆς
 αὐτοῦ θείας Ζωῆς ὀρισθέντα, καὶ ἐν Μακεδονίᾳ ἀπέστειλεν·
 20 Πάρδον δὲ δρουγγάριον τῆς βίγλης αὐτῷ κεκοινωνηκότα πρὸς τὸν
 Στυπιώτην ἀποστέλλει τοῦ δῆθεν ἀγαγεῖν αὐτόν, ὃς προμηνηθεὶς B
 διὰ βασιλικῆς γραφῆς τοῦτον ἐδέσμευσεν· Νικόλαον δὲ ἑταιρειάρ-
 χην τῆς πόλεως ἐξήγαγεν. ἀγαγὼν δὲ ἐκ Μακεδονίας Βασιλείον

fecisset, omnem ab eo discit conpirationem. Samonas vero ad imperato-
 rem ingressus "est" inquit, "domine, quod tibi secreto loquar, res scilicet
 eiusmodi, quae si dicatur, mihi quidem interitum, sin taceatur, certum
 tibi exitium afferet," omnemque imperatori machinationem narravit.
 cumque imperator haud satis delationi fidem accommodaret, secumque
 ambigeret num forte cuiusdam susasu haec ille locutus esset? ait ad eum
 Samonas: "si rem plenius scire desideras, mitte domum quos libuerit,
 ut in cubiculi angulo latentes omnia conscribant, quae ambo pariter lo-
 quemur; inque eum modum nihil me falso locutum esse omnino intelli-
 ges." mittit itaque imperator Christophorum protovestiarius una cum
 Calocyri cubiculario; ingressique in Samonae cubiculo delitescunt. tum
 Samonas Basilio obblandiens, iurataque fide sibi eum obstringens, omnem
 rursus suadet machinationem clare detegere ac coniuratos referre.
 audita Calocyris et Christophorus scripto annotarunt; illisque pranden-
 tibus se cubiculo subducentes scripturam imperatori subscriptione sua
 munitam legerunt. Basilium confestim accersit imperator, datque viginti-
 quattuor milia nummorum miliarensium in amitae Zoes animae levamen
 legata, inque Macedoniam perferre iussit. Pardum excubiarum drunga-
 rium coniurationis socium, ad Stupiotem mittit, velut eum adducturum;
 quem ille imperatoris diplomate praemonitus in vincula compegit. Nico-
 laum hetaeriarum solerter urbe eiecit. Basilium ex Macedonia revo-

καὶ ἀνακρίνας αὐτὸν καὶ τύψας σφοδρῶς καὶ τρίχας αὐτοῦ κατα-
φλέξας καὶ ἐν μέσῃ θριαμβεύσας τῇ πόλει ἐν Ἀθήναις ἐξώρισεν.
πάντας δὲ τοὺς μαγίστρους καὶ τοὺς ἐν τέλει ὁ βασιλεὺς προσκα-
λεσάμενος ἐνώπιον αὐτῶν τὰ ὑπὸ Σαμωνᾶ μηνυθέντα ἀνέγνω. οἱ
δὲ τοῦτον ὑπερεπήνεσαν ὡς τῆς τοῦ βασιλέως παραίτιον κατα- 5
στάντα ζωῆς, καὶ ἄξιον μεγίστης εἶναι τιμῆς προσειρήκασιν. ὁ δὲ
C τοῦτον παρενθὺ τῇ τοῦ πρωτοσπαθαρίου τιμῇ ἤξιωσεν καὶ οἰκειὸν
ἐαυτῷ κατεστήσατο.

16. Ἐτελεύτησεν δὲ ὁ πατριάρχης Στέφανος, καὶ ἀντ'
αὐτοῦ πατριάρχης ὁ μυστικὸς ἐχειροτονήθη Νικόλαος, ὁ πολλὰ μὲν 10
κατὰ τῆς σοφίας προτερήματα σὺν εὐσχήμονι καταστάσει. παρε-
λήφθη δὲ ἡ πόλις Δημητριάς, ἡ ἐν τῷ θέματι Ἑλλάδος, ὑπὸ τῶν
Ἀγαρηνῶν.

17. Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς στέφει Ἄνναν θυγατέραν Ζωῆς
τὴν ἀπὸ τοῦ Ζαούτζα, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ποιεῖν τὰ κατὰ τύπον 15
κλητόρια, Ἀνγούστας μὴ οὔσης. ἠγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς κόρην
D ἐκ τοῦ Ὀψικίου θέματος, ὠραίαν τε καὶ περικαλλῆ· ὄνομα δὲ
αὐτῇ Εὐδοκία. ἔγημέν τε αὐτὴν καὶ ἔστεψεν· ἐξ ἧς παῖδα ἐποίη-
σεν ἄρρενα, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὴ καὶ τὸ γεννηθὲν ἐτελεύτησεν.

18. Ἐκτίσεν δὲ πλησίον τοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ναοῦ 20
ἐκκλησίαν ὁ βασιλεὺς ἐπ' ὀνόματι τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς
Θεοφανοῦς. ἔκτισεν δὲ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Λαζάρου ἐκκλησίαν

9 Ἀντώνιος margo Combef.
15 τῆς τοῦ Z. Combef.

10 ὁ πολὺς τὰ τῆς Combef.

catum institutoque iudicio acerbis suppliciis subicit, exustis capillis,
pompaque traductum per mediam civitatem Athenas in exilium misit.
convocatis autem imperator cunctis magistris ac proceribus, quae a Sa-
mona indicata fuerant, sub omnium conspectum legit. hi summis laudi-
bus hominem extulerunt, ut qui imperatoris vitae consulisset, maximo-
que dignum honore proclamarent. confestim itaque protospatharii digni-
tate auctum inter familiares cum Leo coaptavit.

16. Defuncto patriarcha Antonio, eius loco ordinatus est patriar-
cha Nicolaus mysticus, vir longe sapientia praestans, cum pari modestia
morumque compositione. capta ab Agarenis urbs Demetrias, spectans
ad Atticae thema.

17. Coronat Leo Annam Zoes filiam Zautsae neptem, quod consti-
tuta ex more convivia publica, deficiente Augusta, celebrare non posset.
duxit vero imperator puellam ex Opsicii themate formosam longeque
pulcherrimam, Eudociam nomine, celebratisque nuptiarum solenniis Au-
gustali corona donavit; ex qua suscepta prole mascula, tum ipsa in
partu interiit, tum quam prolem sustulerat.

18. Haud procul ab aede SS. apostolorum Leo templum ex nomine
prioris uxoris suae Theophanonis extruxit. sed et S. Lazari ecclesiam

τῶν λεγομένων Τόπων, καὶ μονὴν ἀνδρῶν εὐνούχων ἐν αὐτῇ κατε-
σκεύασεν· ἐνθα καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ τῆς ἀδελφῆς
αὐτοῦ Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας ἀπέθετο. τοῦ δὲ στόλου ἐν τοῖς P 225
τῶν ἐκκλησιῶν τοιούτων ἔργοις ἀσχολουμένου, τὸ ἐν Σικελία Ταυ-
5 ρομένιον ὑπὸ τῶν Ἄφρων παρελήφθη καὶ πολὺς τῶν Ῥωμαίων
φόνος ἐγένετο. κατεσχέθη δὲ καὶ Ἀἴμνος ὑπὸ τῶν Ἀγυρηναίων,
καὶ πλεῖστος ἠχμαλωτίσθη λαός.

19. Προέλευσιν δὲ τοῦ βασιλέως πεποιημένος τῇ ἡμέρᾳ
τῆς Μεσοπεντηκοστῆς εἰς τὸν ἅγιον Μώκιον, ἐν τῷ εἰσοδεύειν καὶ
10 πλησίον τῶν ἁγίων γενέσθαι θυρῶν ἐκπεπηδηκώς τις τοῦ ἄμβωνος
ράβδῳ παχείᾳ καὶ ἰσχυρῇ τούτου ἔπαισε κατὰ κεφαλῆς. καὶ δὴ
ἂν ἐθανάτωσεν παρευθύ, εἰ μὴ προνοία τινὶ τὸ τῆς ράβδου ἄκρον
τῷ πολυκανδήλῳ προσκεκρουκώς τῆς βιαίας μικρὸν ἀνεσχέθη φο- B
ρᾶς. τοῦ δὲ αἵματος σφοδρῶς ἐκ τῆς τοῦ βασιλέως καταρρέοντος.
15 κεφαλῆς ταραχὴ τε καὶ φυγὴ τῶν ἀρχόντων ἐγένετο. ὁ δὲ ἀδελ-
φὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος νόσον προφασισάμενος οὐ κατήλθεν ἐν τῇ
εἰσόδῳ, ὡς ἐκ τούτου ὑποπευθῆναι αὐτὸν τὴν τοιαύτην ἐπιβου-
λὴν κατεργάσασθαι. ὁ δὲ τὸν βασιλέα πλήξας κατασχεθεὶς καὶ
πολλὰς βασάνους ὑπομεμενηκώς, ἐπεὶ μηδένα συνειδέναι καθωμο-
20 λόγει, τέλος χεῖρας καὶ πόδας ἐκκοπεῖς ἐν τῇ τοῦ ἵππικοῦ σφεν-
 urbis dicionis sunt eique contribuuntur, Drugubitae et Sagudati nomine,
 aliqua finitimae Scytharum genti, non longe dissitae, tributa solvunt.
 ceterum oppida e proximo habitantur, quod ipsum praeter alia in Thes-
 salonicensium rem non parum conducit, dum quaestuosa mercatura Scy-
 tharum commercia ambiunt; tum praesertim cum utrique genti inter se
 bene convenerit, nec quibus ad praelia efferantur arma moverint (quod
 utique ab antiquis olim temporibus iis diligenter quaesitum), communi-
 bus vitae rationibus merces alias aliis commutant, admirandam quandam
 altamque inter se servantem pacem. item fluvii, iique ingentes, ex
 Scytharum regione erumpentes et, quem dicebam, agrum, inter se di-
 videntes, ipsi quoque uberem urbi praestant annonam, tum piscium
 praestationibus, tum navium per eos e mari adscendentium vectura,
 quibus rerum ad vitae usum conducentium, una cum aquis illis confluentis,
 varius excogitatus est proventus.

7. Enimvero imprudens nec nimis caute prolixius his de rebus

ὑπεσχόμεν, τὸν περὶ τούτων παρατείνας λόγον. πεποίηκε δὲ
 τοῦτο ὁ περὶ τὴν πατρίδα πόθος, ἡδέως τῇ τε μνήμῃ συνεφελκό-
 μενος, καὶ ταῖς ἀνατυπώσεσιν οἷον δοκῶν συνεῖναι τοῖς λεγομένοις,
 καὶ τὸ πρόθυμον καὶ ζητητικὸν τῆς σῆς φιλομαθοῦς ἀκοῆς, ἣν ἔξ
 5 ἀρχῆς παραθέσθαι πᾶσαν ἡμῖν καθυπέσχου, μηδενὸς ἄλλου περι- C
 σπῶντος αὐτὴν ἢ τοῦδε τοῦ διηγήματος ὑποσύροντος. ταῦτα δὲ
 οὕτως ἔχει. φιλοῦσι γὰρ αἰεὶ τὰ ποθούμενα τῶν πραγμάτων
 ἀνάγκης δεσμοῖς καὶ τὸν λέγοντα περὶ αὐτῶν κατέχειν καὶ τὸν
 ἀκούοντα· καὶ οὐκ ἂν οὕτως εὐχερῶς καὶ ῥαδίως οὔτε ὄψις τῶν
 10 ἡδίστων θεαμάτων οὔτε ἀκοὴ τῶν τερπνῶν ἀποστήσεται ἀκουσμά-
 των, οὔτε λόγος ἡδὺς τῆς ὁρμῆς ἀνακοπήσεται, μέχρις ἂν φθάσῃ
 τὸ πέρας πρὸς ὃ κατ' ἀρχὰς ἐπείγεται. πλην εἰ δοκεῖ, πάλιν
 ἀναδράμωμεν πρὸς αὐτὴν ἐκείνην τὴν πόλιν· μέχρι γὰρ τίνος ὡς
 ἐν κατόπτρῳ τὸν ἀνδριάντα διαμορφοῦμεν, καὶ ταῖς ἔξωθεν τῶν D
 15 χρωμάτων ποικιλίαις ἀπεικονίζειν πειρώμεθα τὸ ἀρχέτυπον, ἔξδον
 αὐτοῖς ἐκείνοις ἐντυχεῖν διὰ τῶν καιρῶν διηγημάτων τοῖς πράγμα-
 σιν, ὡς ἂν γνωριμώτερον εἴῃ τὸ ἀμυδρῶς πως παραδηλούμενον;
 Θεσσαλονίκην γάρ, ὅποια τυγχάνει, τῷ λόγῳ διαγράψαι καθ'
 ὅσον οἷόν τε κατ' ἀρχὰς ὑποσχόμενοι, καὶ τίς οὔσα πρότερον εἰς
 20 τί κεχώρηκεν ὕστερον, τοῖς περὶ αὐτὴν ὡσπερ ὑποκλαπέντες, καὶ
 τοῖς ἔξωθεν, ὡς ἂν εἴποι τις, μέχρι τοῦδε σχολάσαντες διηγήμασι,
 κινδυνεύομεν βραδύνοντες τὴν τῶν καιρῶν διήγησιν. χρεῶν οὖν
 ἐστὶ καὶ πάλιν πρὸς αὐτὴν ἐπανιέναι τῷ λόγῳ καὶ τὸ πρῶτον περὶ P 324

orationem produxi quam ipse initio in me receperam. in causa fuit
 amor patriae, non insuaviter cum memoria distractus, rerumque imagi-
 nibus, aequae ac praesens, iis ipsis dicendisque infixus, nec non prom-
 ptae ac exploratrices tuae sedulitatis aures, quas nobis concedere,
 nullo alio eas subtrahente nec ab ista narratione avellente, initio polli-
 citus es. et haec quidem ita se habent. ea enim quae amanti habentur
 ac desiderantur, et narrantem et audientem necessitatis vinculis conti-
 nuo solent colligare, ut non ita facile neque visus a iucundissimis spe-
 ctaculis neque aures a suavissimis auditionibus avellatur, neque dulcis
 orationis impetus interrumpatur, donec terminum attigerit ad quem ab
 initio contendit. nihilominus, si lubet, ad eandem ipsam urbem recur-
 ramus. quousque enim velut in speculo statuam effingimus et variis
 aliunde quaesitis coloribus primum exemplar effigiare conamur, cum li-
 ceat illa ipsa per rerum necessariarum narrationem adire, ut apertius
 innotescat quod subobscurè quodammodo indicatur? Thessalonicam si-
 quidem, qualis est, oratione describere, quoad fieri potest, initio polli-
 citi, et qualis cum esset antea, in quid postea redacta sit, pulchris
 quibus illa circum ambitu decoratur abrepti, et in exterioribus enarran-
 dis, ut quispiam dixerit, hactenus immorati, parum est ut iis quae
 praecipua sunt ac necessaria enarrandis torpere videamur. operae pre-
 tium igitur est ut et ad ipsam iterum sermone redeamus, primamque

αὐτὴν καταμαθεῖν κάλλο, εἶτα οὕτω γε τοῦ πάθους ἐξειπεῖν ἐν ὑστέρῳ τὸ μέγεθος, ἵνα ὅσον φανεῖν τῶν ἄλλων πόλεων ἀσυγκρίτως ὑπερτερέουσα, τοσοῦτον ἀξία κριθείη παρὰ πασῶν θρηνεῖσθαι καὶ κατοικιζέσθαι.

8. Εἶπομεν ὡς εὐρεῖά τις καὶ μεγάλη ἡ πόλις, καὶ τῷ 5 περιέχοντι πολὺν τὸν διαμέσον χῶρον ἐναποκλείσασα. ἀλλ' ὅσον μὲν τοῦ τείχους τὴν χέρσον ἀποσκοπεῖ, ἐρυμνότατόν τε ἔστι καὶ τῷ πάχει τῆς οἰκοδομῆς κατωχυρωμένον, τῷ ἔξωθεν τε προτειχίσματι τὸ ἀσφαλές πάντοθεν συντηροῦν, προβόλοις καὶ ἐπάλ-
 B ξεσιν ἅπαν καταπεπυκνωμένον, καὶ μηδεμίαν ἀνάγκην φόβου 10 τοῖς οἰκήτορσι παρεχόμενον. τὸ δὲ πρὸς νότον αὐτοῦ χθαμαλὸν τε ἔστι παντελῶς καὶ πρὸς πόλεμον ἀπαράσκεσον· οἶμαι γὰρ τῷ μηδεμίαν ὑφορᾶσθαι προσβολὴν βλάβης ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν ὁ τεχνίτης πάλαι τῆς οἰκοδομῆς κατημέλησε. φέρεται δέ τις καὶ παλαιὸς λόγος μέχρις ἡμῶν φθάσας, ὡς ἀτείχιστος ἦν ἐξ ἐκείνου 15 τοῦ μέρους ἡ πόλις χρόνους πολλούς, εἰ μὴ τῷ δέει ποτὲ τοῦ Μήδων Ξέρξου, πλωτὴν γῆν τεκτηναμένου καὶ κατὰ τῆς Ἑλλάδος στρατοπεδεύσαντος καὶ πολλῶν πληθὺν ἐπιφερομένου, ὁ τῶν Ῥω-
 C καὶ ὡς ἐκ τοῦ παρατυχόντος φραγμὸν τῷ τῆδε περιέθηκε μέροςι. 20 ἀφ' οὗ δὴ χρόνου καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο τὸ αὐτὸ τοῦτο διαμεμένηκεν, οὐδέποτε τῆς ἐκεῖθεν βλάβης, ὡς ᾤετο, κἂν ἐν ὑπονοίᾳ

6 διὰ μέσον A: an διὰ μέσου?

9 πάντοτε P

10 φόβον A

illius pulchritudinem ac claritatem noscamus, ac tum deinceps eius, quam perpessa est, ruinae ac cladis magnitudinem referamus, ut quantum reliquis urbibus incomparabili excessu praestare videbatur, tantum digna iudicetur quam communi omnes luctu prosequantur eiusque miseratione ducantur.

8. Diximus quam latis pomeriis atque ambitu magnaue civitas, et quae vastum limitem eo intercludat: sed murus continentem versus tutissimus est et structurae crassitie munitissimus, exteriorique muro ac propugnaculo tuta undique munitione obseptus, propugnaculis et pinnis omni area constipatus, nec ullam oppidanis iusti timoris necessitatem praebens. pars illius ad notum humilis est ac prorsus depressa belloque plane inutilis. nam reor artificem, quod nullam antiquitus ex maris ora hostium aggressionem metueret, structuram neglexisse. fertur vero antiquo rumore, qui ad nostra haec tempora pervenit, urbem ex ea parte per multos annos omni muro septoque caruisse, ac donec Xerxis quondam Medorum regis timore (eius scilicet qui terram navigabilem fecerat et copiosis agminibus Graeciae bellum indixerat) Romanarum rerum dominator pusillo, et ut sese occasio tulerat, aggere eam partem circumsepsit; qui ipse agger ex eo tempore ad hoc aevi subsistit, nullam inde noxam atrocisque rei suspicionem unquam fore existimans. licet

τιὸν ἰσομένης. εἰ γὰρ καὶ πολλοὺς πολλάκις ἀνέτη πολέμους καὶ λίαν σφοδροτάτους ἢ πόλις, τοὺς τε ἐκ τῶν βαρβάρων καὶ αὐτῶν δὲ τῶν συνομορούντων Σκυθῶν, πᾶν εἶδος ἀμυντηρίων κατ' αὐτῆς ἐπινουμένων καὶ ψάμμου δίκην τῷ πλήθει τῆς στρα-
 5 τιάς εἰσρέοντων καὶ μηδὲ ὑποφέρειν τὴν ἀπειλὴν αὐτῶν φιλονει-
 κούντων (καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἦσαν ἀκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς καὶ
 ποικίλῃ τινὶ πανοπλίᾳ πεφραγμένοι), ἀλλ' ἦν ἄρα περίγειος
 ὡσπερ ἡ μάχη, καὶ διέφευγε τὰς ἐπιβουλάς τῷ ἀσφαλεῖ τοῦ τελ- D
 γους τὴν ἔφοδον ὑπεκκλίνασα, καὶ τῷ συνήθως αὐτῇ καὶ θερμοῦς
 10 ὑπερμαχοῦντι, λέγω δὲ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ, τὴν
 ἑαυτῆς σωτηρίαν καταπιστεύουσα. ἐκ πολλῶν γὰρ αὐτὴν κινδύ-
 νων ὁ σωσίπατρις οὗτος ἐρούσατο, καὶ τὸ νικᾶν αὐτῇ καὶ μήπω
 τοῦ πολέμου πειραθείσῃ πολλάκις συμπαθῶς ἐδώρησατο. ἀλλὰ
 ταῦτα ταῖς τῶν θαυμάτων αὐτοῦ βίβλοις ἐξηγήσαι παραχωρή-
 15 σαντες τοῖς ἐξῆς ἡμεῖς τῶν ἤδη λεχθέντων προΐωμεν.

9. Ἦν οὖν ταῖς ῥηθείσαις αἰτίαις ἀνωτέρα κινδύνου παν-
 τὸς ἡ πόλις. ἐξ ὅτου γὰρ ἡ κολυμβήθρα τοῦ θείου βαπτίσματος
 τὸ τῶν Σκυθῶν ἔθνος τῷ χριστιανύμῳ λαῷ συνεμόρφωσε καὶ τὸ P 325
 τῆς εὐσεβείας γάλα κοινῶς ἀμφοτέροις διέλλετο, πέπαιτο μὲν ἡ
 20 τῶν πόλεων στάσις, ἀνεῖτο δὲ τῆς ἐνεργείας ἡ τὰς σφαγὰς ἐπιτη-
 δεύουσα μάχαιρα, καὶ τὰ προλεχθέντα τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ τῶν
 προφητῶν Ἰσαΐα ἐναργῶς ἐφ' ἡμῖν ἐπληροῦτο· αἱ μάχαιραι γὰρ

5 μηδὲν A
 γεῖσθαι?
 22 Ἰσαΐα A

11 γὰρ αὐτῶν κινδύνων αὐτὴν ὁ P
 17 ἀγίου P

14 ἐξη-
 19 αἱ τῶν πόλεων στάσις P

enim pleraque saepius bella, eaque crudelissima, civitas, tum barbarorum tum finitimorum Scytharum, machinamenta et oppugnantium astus varios excogitantium arenaeque exaequatis copiis influentium ac cunctos minis terrentium (erant namque effrenato impetu et armorum omni genere septi), sustinuerit, cum esset terrestris conflictus, insidias eludebat, huius muri securitate irruptionem declinans, solitoque atque ferventi suo defensori, gloriosissimo nempe martyri Demetrio, suam concedens salutem. ex multis enim periculis servator hic patriae ipsam liberavit, nec raro, cum necdum etiam bellum experta esset, victoriam perhumane concessit. verum haec libris qui de illius miraculis exstant narranda permittentes, ea prosequamur quae deinceps sequuntur.

9. Civitas igitur ob eas quas dicebam causas omnis periculi secunda agebat. quo enim ex tempore Scytharum gens, sacri fontis aquis abluta ac Christiano populo sociata, pari illi munere pietatis lac sugere destinaverat, urbium desolationes finem habuerant; ad caedes instructi ensis mucro inhibitus erat retusumque ferrum, ac quae olim prophetarum vocalissimus Esaias (2 4) fuerat vaticinatus, nostro hoc aevo

ἡμῶν μετῆλθον εἰς δρέπανα καὶ αἱ ζιβύνοι εἰς ἄροτρα, καὶ πόλε-
 μος ἦν οὐδαμοῦ, καὶ τὴν περίχωρον ἄπασαν εἰρήνη κατεπρυ-
 τάνευε, καὶ οὐδεμία ἦν εὐζωΐας ἀφορμὴ ἧς οὐκ εἰς κόρον ἡμεῖς
 ἀπελαίωμεν, ἔνθεν αἱ τῆς γεωργίας ἀφθονίαι, ἐκεῖθεν αἱ τῆς
 ἐμπορίας χορηγίαι. γῆ γὰρ καὶ θάλασσα λειτουργεῖν ἡμῖν **ἔξ** 5
B ἀρχῆς ταχθεῖσαι πλουσίαν καὶ ἀδάπανον τὴν περὶ ἕκαστον ἐδώρο-
 φόρου. ἴδν γὰρ ἦν ἐνδεῶς ἢ καὶ ἀνεπιτηδείως ἔχουσα πρὸς καρ-
 πογονίαν ἢ γῆ, τούτων παρ' ἑαυτῆς ἢ θάλασσα τὴν κτῆσιν μη-
 χανωμένη καὶ τοῖς ὀλκῆσι συνεισκομίζουσα ἀνευδρῆς τὸ λιῖπον
 ἐδίδου τοῖς χρήζουσι. τί δὲ τῶν ἀπανταχόθεν ἐπιδημούντων εἶ- 10
 ποιμι πρῶτον, καὶ μάλιστα οἷς ἐφιλοτιμοῦντο τοὺς πόλιτας ἡμᾶς,
 τὰ παρ' ἑαυτῶν διδόντες καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀντιλαμβάνοντες;
 λεωφόρον γὰρ δημοσίας τῆς πρὸς ἀνατολὴν ἀγούσης ἀπὸ τῆς δὴ-
 σεως διὰ μέσου τῆσδε χωρούσης τῆς πόλεως, καὶ ἀναγκαίως πει-
C θούσης τοὺς παροδεύοντας πρὸς ἡμᾶς ἐνδιατρίβειν καὶ τὰ πρὸς 15
 τὴν χρεῖαν πορίζεσθαι, πᾶν ὅτιοῦν ἂν εἴποι τις τῶν καλῶν ἔξ αὐ-
 τῶν ἐκαρπούμεθα τε καὶ προσεκτώμεθα. ἔνθεν καὶ παμμιγῆς τις
 ὄχλος αἰεὶ περιεστοίχει τὰς ἀγυῖας τῶν τε αὐτοχθόνων καὶ τῶν
 ἄλλως ἐπιξενουμένων, ὡς εὐχερέστερον εἶναι ψάμμον παράλιον
 ἔξαριθμεῖν ἢ τοὺς τὴν ἀγορὰν διοδεύοντας καὶ τῶν συναλλαγμῶ- 20
 των ποιουμένους τὴν μέθοδον. ἐντεῦθεν χρυσίου καὶ ἄργυρίου καὶ
 λίθων τιμῶν καμπληθεῖς θησαυροὶ τοῖς πολλοῖς ἐγίνοντο, καὶ τὰ

19 ὡς om A

21 ποιουμένων P

adimpleta conspiciabantur. nostri enim gladii transierant in falces et lanceae in vomeres, nec usquam bellum erat; omnesque ubique finitimae gentes in pace agebant; nullaque erat commodioris vitae ratio ac occasio, qua non affatim frueremur. inde frugum ubertas, inde mercaturae emolumenta. terra enim et mare ab initio ad praestandum nobis obsequium constituta uberem sponteque paratam quandoque suam gratiam munusque conferebant. quae enim terra minus suppeditabat aut ex se proferre non satis erat idonea, haec mare, mercimoniorum solertia comparata atque navibus invecta, quod egentibus deerat, abunde supplebat. quid vero undequaque adventantium primum dixerim, ac quibus praecipue nos cives amice accipiebant, sua tribuentes atque vicissim nostra recipientes? nam cum via publica ab occasu ad ortum per mediam hanc urbem duceret, cogeretque viatores in ea moras interponere et quae in usum suum essent parare, quicquid quis bonorum dicat, ex illis consequebamur nobisque proveniebant. hinc promiscua ex omni hominum genere multitudo, tum indigenarum tum quoquo modo hospitio receptorum, plateas semper circuibant; ut facilius sit arenas maris numerare quam eorum qui forum occupabant ac qui commerciis miscebantur censum inire. hinc auri argenti et pretiosorum lapidum ingentes ac copiosi thesauri vulgo accrescebant; vestesque sericae perinde atque alii la-

ἐκ Σηρῶν ὑφάσματα ὡς τὰ ἐξ ἐρίων τοῖς ἄλλοις ἐπιπενόητο. περὶ γὰρ τῶν ἄλλων ὑλῶν, χαλκοῦ καὶ σιδήρου κασσιτέρου τε καὶ μόλιβδου καὶ ὑέλου, οἷς αἰ διὰ πυρὸς τέχνη τὸν βίον συνέχουσι, D καὶ μνησθῆναι μόνον παρέλκον ἡγοῦμαι, τοσοῦτων ὄντων ὡς ἄλλην τινὰ δύνασθαι πόλιν δι' αὐτῶν δομῆσθαι τε καὶ ἀπαρτίξισθαι.

10. Οὕτω δὲ πανταχόθεν εὐθηνουμένη καὶ πλεονάζουσα, ταῖς τεχνικαῖς τε καλλυνομένη μεθόδοις καὶ ταῖς τῶν οἰκημάτων ὑπερφηφανενομένη λαμπρότησιν, ἄρα ταῖς ἐκ νόμων παρατηρήσει- 10 σιν ἢ ταῖς περὶ τὸ πολίτευμα τάξεσιν ἢ ταῖς περὶ λόγους ἀνχίσεισιν φαίνεται τῶν ἄλλων ἐνδεῶς ἔχουσα; οὐμενοῦν· ἐσπουδάζετο γὰρ αὐτῇ γνώσις ὡς ὀφθαλμοῖς βλέψις καὶ εὐνομία ὡς ζωῆς πραγμα- P 326 τεία. καὶ εἶδες ἂν περὶ μηδὲν ἄλλο τὴν νεάζουσαν τῶν παιδῶν κῆραν σχολάζουσαν ἢ περὶ λόγους, ἐξ ὧν ἐπιστῆμαι καὶ τέχνη τὸ 15 κράτος ἔχουσι. τὰ δὲ περὶ τῆς ἁρμονίου μουσικῆς τῶν ἁσμάτων, ἢ τῶν ἀδόντων τὰ ψυχοτερπῆ μέλη καὶ τῶν τῷ θεῷ κεκληρωμένων σπουδάσματα ἐπὶ τῷ λόγῳ σημάνω; πῶς δὲ τὴν τούτων διαγράψωμαι δήλωσιν; μέχρι γὰρ τοῦδε τοῦ διηγήματος οὐκ οἶδ' ὅπως τῇ εὐμῆ τοῦ λόγου συναπαχθεῖς, καὶ τῆς οἰκείας ὥσπερ ιδιωτείας 20 ἐπιλαθόμενος, ἐπειρώμην μέτριον πῶς, καὶ ὡς οὐκ ἂν τις ἄλλος τῶν λίαν ἀμαθῶν καὶ ἀγροίκων, τῶν παρὰ τῆς σῆς ἀρετῆς αἰτη- B θέντων τὴν δήλωσιν διαγράφεσθαι· τὸ δ' ἀπὸ τούτου, καὶ μύ-

2 κασσιτήρου AP

9 περιφανενομένη A

14 κοῦραν? cf.

p. 367 A

17 τὰ σπουδάσματα κοίφῳ λόγῳ?

σημανῶ A

20 μέτριον πῶς] μετρίως?

neae excogitabantur. aliarum vero materialium, aeris ferri stanni plumbi vitri, quibus ad ignem opus facientes artes vitam tuentur ac lovent, vel meminisse superfluum duco, tanta scilicet eorum copia ut ex illis urbs quaedam alia extrui atque perfici posset.

10. Hac itaque ratione, omni ex parte rebus prosperis ad voluntatem fluentibus, urbs fortunata et artificum ingeniiis condecorata, nec non aedificiorum magnificentia superbiens, num vel legum observatione vel civilis rei ordinibus vel dicendi gloria atque doctrina aliis inferior erat? minime vero: nam illi scientia aequae curae erat ac visus oculis, aequitas pariter haud aliter ac vitae negotiatio; vidissesque iuvenum ac adolescentum pubem nulli praeterea quam disciplinis ac literarum studiis vacare, unde scientiae et artes robur obtinent. harmonicae vero musicae cantiones aut canentium suavissima mele deique laudibus ac clero mancipatorum stadia dietarum, haud equidem scio quibus ea modis exprimam. ad hanc enim usque narrationem nescio quomodo orationis impetu raptus, ac velut propriae inscitiae ac ruditatis oblitus, conabar moderate, et ut non alius quispiam harum valde imprudens rerum ignarusque omnium ac stupidus, quae a tua virtute rogatus eram, scripto digerere ac explicare: exinde vero, ac praecipue quod suavius cantico-

λισθ' ὅτι τῆς εὐρύθμου τῶν ἁσμάτων ἐμνήσθην ἡδυφωνίας, οὐκ
 οἶδα τίς γένωμαι ἢ ποῖ τῷ λόγῳ χωρήσω, ποῖον δὲ παραλείπω
 τῶν ἡδίστων ἐκείνων καὶ εὐτάκτων μελωδημάτων, οἷς συνέψαλλον
 καὶ συνεόρταζον ἄνθρωποι ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσιν. εἰ γάρ τις
 τὴν μουσικὴν ἐκείνην, τὴν ἐκ παντὸς στόματος ὑφ' ἐν τῷ θεῷ 5
 ἀναπεμπομένην τοὺς ὕμνους ἐν ταῖς πανδήμοις συνάξεσι, τῷ ἤχῳ
 C τῶν ἑορταζόντων ἀγγέλων, ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία,
 ἐξεικονίσαι θελήσειεν, οὐδὲν τοῦ δέοντος ἁμαρτήσεται.
 (11) ναοὶ γάρ τινες παμμεγέθεις καὶ περικαλλεῖς τῇ ποικίλῃ
 διακοσμήσει, διὰ μέσου προβεβλημένοι τῆς πόλεως ὥσπερ τινὰ 10
 κοινὰ πρὸς τὸ θεῖον ἰλαστήρια, καὶ τούτων μάλιστα ὁ τῆς παντ-
 ουργοῦ καὶ θείας τοῦ ὑπερουσίου λόγου σοφίας οἶκος, καὶ ὁ τῆς
 ἀειπαρθένου πανάγνου καὶ θεομήτορος, ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ τοῦ προ-
 λεχθέντος πανενδόξου καὶ καλλινίκου μάρτυρος Δημητρίου, ἔνθα
 D τοὺς θείους ἄθλους διήνυσε καὶ τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἐδέξατο, 15
 οἱ καὶ τὸν ἅπαντα δῆμον ταῖς κατὰ περίοδον ἐπανιούσαις τῶν
 ἑορτῶν ἡμέραις ἐν ἑαυτοῖς ἐκκλησιάζοντες, ἀνεκλάλητον εὐφροσύ-
 νην καὶ πνευματικὴν χαρμονὴν τοῖς συνιοῦσιν ἐβράβευον. ἐκεκλή-
 ρωντο γὰρ ἐν ἐκάστῳ τούτων τάγματα ἱερέων, δι' ὧν ἡ μυστικὴ
 τελεῖται λατρεία, καὶ ἀναγνωστῶν συστήματα, δι' ὧν ἡ τῶν 20
 ἁσμάτων σπουδάζεται ὕμνωδία, ἀμοιβαδὸν τοὺς στίχους ἀλαλά-
 ζοντες, καὶ ταῖς χειρονομίαις τῶν μελῶν τὸν φθόγγον διατιθέν-

2 παραλίπω?

11 ἐξίλαστήρια A

rum ac melodiarum mihi incidit mentio, quo me vertam nescio, aut quo
 sermonis ducam lineam; quodnam item dulcissimarum concinarumque
 modulatarum cantionum illarum omittam, quibus mortales cum caelesti-
 bus potestatibus psallebant ac dies festos agebant. etenim si quis eam
 modulantiā, quam uno ore in unum congregati omnes divinis canticis,
 in publicis conventibus, ad deum emittebant, angelorum sonis concele-
 brantium, ubi laetantium omnium habitatio est, assimilaverit, is a scopo
 veroque ne vel minimum aberraverit. (11) templa enim quaedam prae-
 magna ac magnifica varioque ornatu pulcherrima, per mediam urbem
 extantia ac exposita, veluti communia numinis propitiatoria, cum primis
 vero, interque ea praecipuum, omnium effectricis divinae et supersub-
 stantialis verbi sapientiae, itemque semper virginis immaculatae ac dei-
 parae, nec non, cuius supra memini, gloriosissimi praeclarique victoris,
 Demetrii martyris, ubi divina peregit certamina et victoriae palmam re-
 portavit, haec nimirum recurrentibus per anni circulum festorum solen-
 niis universae multitudinis in se concionem cogentia laetitiam inenarra-
 bilem et spiritale gaudium convenis inferebant, in horum si quidem sin-
 gulis sacerdotum ordines cleri matriculam implebant, quorum opera my-
 sticus cultus resque sacra peragitur; lectorum item coetus, qui concinen-
 dis canticis diligentiam habeant, et alternis versus tinniant, manuumque

τες, καὶ μεγάλην τινὰ καὶ ἀξιοθέατον χορείαν συνιστιῶντες, τῷ
 τε εἶδει τῆς ὑστραπούσης στολῆς τὰς τῶν ὀρώντων θέλγοντες P 327
 ὄψεις, καὶ τῇ τεχνωμένῃ τῶν ψαλμῶν λύρα τὴν ἀκοὴν κατατέρ-
 ποντες. τί γὰρ ἦν πρὸς τοῦτον τὸν ὕμνον ὁ μυθικὸς Ὀρφεὺς ἢ
 5 ἢ Ὀμηρικὴ μουσα ἢ τὰ τῶν Σειρήνων ληρήματα, τῷ ψεύδει τῶν
 πλασμαίων ἀναγραφόμενα, οἷς λόγος μὲν ἐπαίνων οὐδεὶς ἀληθῆς,
 φῆμαι δὲ ψευδεῖς τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσαι καὶ πρὸς ἀπάτην
 ἀνδραποδίζουσαι. μάτην οὖν ἐν τούτοις ἐψευδοκτύπησαν οἱ Ἕλ-
 ληνες, τὴν ἀληθῆ γνῶσιν τῶν πραγμάτων ἀγνημένοι καὶ ταῖς
 10 κευολογίαις τῆς αὐτῶν δεισιδαιμονίας καθ' ἑαυτῶν ὀπλισάμενοι.
 ἡμῶν δὲ καὶ τὸ σεβαζόμενον ἦν ἀληθές καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὕμνου- B
 μενον.

12. Ἐνθα δὴ μοι καὶ θάμβος ἐπέρχεται καὶ φόβος καὶ
 ἐκπληξις, ὅταν κατὰ νοῦν λάβω πῶς ὁ τοιοῦτος καὶ τοσοῦτος
 15 ὕμνος, ὁ μήπω τινὶ τῶν ἄλλων προσφερομένων θυσιῶν τῷ μεγέ-
 θει ἕξομοιούμενος, ἀθρόον οὕτως ἐσίγησε καὶ εἰς οὐδὲν ἐλογίσθη
 καὶ ὡς ὄναρ ὑπανεχώρησε. πλὴν γε τοῦτο λογίζομαι, ὅτι ἐν ταῖς
 ἁμαρτίαις ὄντες τὰ θεῖα κατὰ τὸν ψαλμῶδὸν ἐδιηγούμεθα δι-
 καιώματα, καὶ τὸ μοχθηρὸν ἡμῶν τῶν τρόπων ἀδόκιμον τὸ περι-
 20 φανές τοῦτο καὶ σεβάσιμον ἀπειργάσατο, ἀνάξιον κρίναντος τοῦ
 Θεοῦ βεβήλοις καὶ ἐναγέσι χεῖλεσιν ὑμνεῖσθαι τε καὶ γεραίρεσθαι.
 μέχρι γὰρ τίνος τὴν ἀληθῆ αἰτίαν τοῦ πάντα κίνδυνον ἐπενεχθῆναι C

6 ὡς P

8 οἱ om A

10 τῆς αὐτῶν δεισιδαιμονίας om P

15 προσφερομένων A

17 ταῖς om A

motibus modulationum sonos disponant, ac magnam quandam digneque
 spectabilem choream constituent, tum effulgente vestium forma spectan-
 tium oculos demulcentes, tum artificiosa psalmodum lyra auditum oble-
 ctantes. quid enim erat, si haec cantica consideres, fabulosus Orpheus
 aut Musa Homericæ aut Sirenium deliramenta, fictionum mendacis dige-
 sta, ut nulla laudum vera ratio sit, sed falsi rumores, mortalium genus
 seducentes atque errori mancipantes? frustra igitur in his Graeci cre-
 pantibus buccis sese iactant, qui vera rerum scientia careant vanisque
 sermonibus ipsi sibimet ipsis pugnent: nobis vero tum numen verum est,
 tum ipsum quod canimus laudisque obsequio frequentamus.

12. Hic mihi et admiratio subito incessitque horror ac stupor, dum
 mente recolo quomodo talis et tanta modulatio, ipsa nulli non alii ho-
 stiarum, quae deo offeruntur, magnitudine praestans, sic repente con-
 tuit et in nihilum abiit velutque somnium abscessit. enim vero hoc
 recogito: nempe cum in peccatis essemus, iuxta Psalmistae (49 6) sen-
 tentiam, divinas enarrabamus iustitias, morumque nostrorum improbitas
 illustrem hunc ac venerabilem cultum reprobum effecit, indignum iudi-
 cante numine profanis impurisque labiis laudari se honorique haberi.
 quousque enim tandem veram causam, ob quam nobis omnis haec illata

ἡμῖν εἰς-μέσον οὐ παριστῶμεν, ἵν' ἔχωσι γινῶναι διὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς ὑποδείγματος οἱ μετέπειτα ὅπως δεῖ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ καὶ ἑαυτοὺς ὑπεράνω παντὸς ὀλέθρου διατηρεῖν, ἵνα μὴ τοῖς ὁμοίοις ἡμῶν τῆς κακίας ὑπολισθαίνοντες πλημμελήμασι τὴν Θεῖαν ἀγανάκτησιν ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπῶνται. οὐδὲ γὰρ ἄλλου τι-5
 νὸς ἔνεκεν τῆς μεγάλης ἀπειλῆς ἐκείνης, ἧς καὶ μεμνημένος ἐξίστα-
 μαι, διὰ πείρας γεγόναμεν, ἀλλ' ἢ διὰ μοχθηρῶς καὶ κακῆς
 D προαιρέσεως, εἴτε διὰ τὸ παρηλλαγμένον καὶ διάφορον τῆς τε πο-
 λιτείας καὶ τῶν ἡθῶν, τῶν συνεισφερόντων τῇ πόλει ἀνθρώπων ἐκ
 παντὸς ἔθνους καὶ τόπου ἄλλων ἄλλο τι συνεισφερόντων κακὸν καὶ 10
 τούτου τῷ πλησίον μεταδιδόντων (καὶ γὰρ δι' ἣν εἶπομεν ἄφθο-
 νον τῶν χρειῶν χορηγίαν οἱ τῶν πλησίον χωρῶν καὶ πόλεων ἄν-
 θρωποι ἐν ταύτῃ τὴν οἴκησιν μετηλλάττοντο, καὶ μάλιστα ὅσοι
 ταῖς ἤδη προαλωθείσαις νήσοις ἐκ τῆς τῶν δύσωνύμων Ἀγαρηνῶν
 ἐπιδρομῆς ὑπελείφθησαν, ἐπὶ τήνδε προσέφευγον, μηδεμίαν, ὡς 15
 ὑπελάμβανον, ἐν αὐτῇ πολεμίων φροντίδα τοῦ λοιποῦ ποιησόμε-
 P 328 νοι), εἴτε δὲ πάλιν διὰ τὸ ἀνειμένον τῆς τρυφῆς καὶ ἀφρόντιστον
 καὶ πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ποικίλον τῆς χρείας καὶ ἐπιτήδειον ὥσπερ
 τινὰ λήθην πεπόνθαμεν τοῦ Θεοῦ, μακρὰν τινα καὶ ἀδιεξόδευτον
 πλανώμενοι πλάνην, καὶ καθὼς φησὶν ὁ ἀπόστολος, ἕκαστος ταῖς 20
 ἰδίαις ἐπιθυμίαις ἐπορευόμεθα, ἀδεῶς κατὰ πάσης ἁμαρτίας χω-
 ροῦντες καὶ τῆς πρὸς ἀρετὴν ἀγούσης μηδεμίαν ποιούμενοι ἐπι-

9 συνειδιόντων P

ἀνθρώπων om P

14 τῆς om P

malorum vis, in medium non adducimus, ut nostro exemplo discant
 posterī quonam pacto colendus sit deus vivus ac verus, seque ab omni
 servent immunes interitu, ne iisdem atque nos delictis obnoxii divinam
 in se attrahant indignationem. nam nulla alia causa immanis illius poe-
 nae iraeque, cuius vel sola memoria extra mentis sedem exeo, pericu-
 lum fecimus nisi ob pravam perditamque voluntatem, sive propter dis-
 sonos diversosque mores ac ingenia seu instituta, omni ex gente ac loco
 in urbem confluentium atque aliud alias malum importantium ac cum
 proximo illud communicantium. nam propter eam, quam diximus, ube-
 rem rerum in vitae usum suppeditationem vicinarum regionum atque ur-
 bium incolae mutatis sedibus in hac habitationem locabant; ac praecipue
 qui ex captis iam insulis per impuros Agarenos illorum grassationi su-
 perstitēs fuerant, ad eam confugiebant, nulla deinceps, ut sibi videba-
 tur, hostium cura solliciti, atque in eam rationes suas transferebant.
 sive rursus etiam propter molles delicias nullisque studiis animum im-
 plicatum, tum ad omnem libidinem, ita usu subministrante, proclive in-
 genium, velut in dei quandam oblivionem venimus, longo quodam et
 inextricabili viarum errore ab illo abiuncti. et ut ait apostolus, unus-
 quisque desideriiis nostris ambulabamus, ad omnia licenter scelera
 procurrentes, et viam quae ad virtutem ducat pro nihilo habentes.

μέλειαν. (13) ποῖον γὰρ εἶδος κακίας, εἰ δεῖ τὰληθῆς εἰπεῖν, ἐν ἡμῖν οὐκ ἐπράττετο; πορνεῖαι, μοιχεῖαι, ἀκαθαρσίαι, μίση, ψεύδη, κλοπαί, ἔριδες, φιλονεικίαι, λοιδορίαι, Φυμοί, πλεονεξίαι, ἀδικίαι· καὶ ὁ ἀρχηγὸς τῶν κακῶν φθόνος κοινὸν ἐμμελέ- B
 5 τημα καθ' ἑκάστην καὶ ἀγοραῖον ἦν. οὐ γὰρ ὅστις ἡμῶν τῷ πλησίον πράξει καλῶς διὰ σπουδῆς εἶχεν, ἀλλ' ὅστις αὐτῷ τῶν ἀβουλήτων ἐπενεγκεῖν τι φρενοβλαβῶς ἐτεχταίνετο· οὐδ' ὅστις ἐκ τοῦ οἰκείου μεταδοῦναι τῷ χρήζοντι τὰ συμπαθῆς πληρῶν ἐβεβού- λητο, ἀλλ' ὅστις ἐκ τοῦ ἀλλοτρίου τὸ οἰκεῖον πλεονάσαι πρὸς τὸν
 10 ὁμόφυλον διεμάχετο, κατ' ἀλλήλων εἰρωνευόμενοι, ἀλλήλους πλήττοντες, ἀλλήλους διαβάλλοντες, πᾶν ὀτιοῦν κακὸν ἐν ἑαυτοῖς ἐξευρίσκοντες, ὄρφανούς ἄγχοιτες, ὄρλοις χηρῶν ἐπεμβαίνοντες, ἔχθρας συνάπτοντες. καὶ τί δὴ τὸ τέλος τούτων ἁπάντων; ὑκνῶ C
 μὲν τὴν γλῶτταν τῷ μεγέθει τῶν πραγμάτων ἐπαφιέναι, καὶ οὐκ
 15 ἂν ἠνεσχόμεν τῶν ἀλγεινῶν ἐκείνων ὧν ἤδη πεπόνθαμεν καὶ πάλιν ἐπιμνησθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν τοιούτων διηγημάτων οὐκ ἔστιν ὅπως ὑπεκκλῖναι τὴν μνήμην, δι' ὧν τῷ βίῳ καινόν τι καὶ φοβε- ρὸν ὑπελείφθημεν ἄκουσμα, λέξων ἔρχομαι τοῦ κινδύνου τὸ μέγε- θος, ἵν' εἰδῆς καὶ αὐτὸς ὅποια τῆς ἁμαρτίας εἰσὶ τὰ ὀψώνια. ἐν
 20 ὅσῳ γὰρ ἐτροφῶμεν, ἐν ὅσῳ ἐσπαταλῶμεν καὶ πᾶσιν ἀτόποις διε- ζῶμεν ἐπιτηδεύμασιν, ὅτε κατὰ τὸ ψαλμικῶς ῥηθὲν πάντες ἐξέ- D
 κλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν, τότε

5 ἕκαστον P

9 τὸν] τὸ P

11 ἐνδιαβάλλοντες A

(13) quod enim malitiae genus, ut verum dicamus, in nobis non exercebatur? fornicationes, adulteria, immunditiae, odia, mendacia, furta, lites, contentiones, convicia, irae, rapinae, iniustitiae; et malorum omnium causa, invidentia, commune omnium studium et quotidianum atque forensis meditatio erat. neque enim ullas nostrum hoc satagebat ut de proximo bene mereretur, sed ut illi invisum aliquid malumque inferret stolide machinabatur. nec ut ex suo egenti tribueret, implens quod misericordiae est, animo reputabat, sed ut de alieno substantiam auget, gentilibus suis pugnabat, cum se invicem deriderent, mutuo caederent, alter alteri calumniam strueret ac detraheret, nullum non malum secum ipsi excogitarent, pupillos suffocarent, viduarum fines invaderent, inimicitias necterent. enimvero quis horum omnium exitus? torpet animus rerumque magnitudini linguam iniicere horret; nec rursus malorum, quibus iam perfuncti sumus, meminisse sustinebam. quia tamen fieri non potest ut istiusmodi narrationum memoriam vitemus, qua ratione nova quaedam ac terribilis narratio mundo relictum sumus, periculi magnitudinem narraturus accedo, ut et ipse cognoscas quaenam sint peccati obsonia atque praemia (Rom. 6 23). cum enim luxu perditum essemus, voluptate liquesceremus ac mollitie flueremus, malisque omnibus institutis vitam duceremus; cum, ut psaltes concinit (13 3), omnes declinassent, simul inutiles facti essent, nec esset qui deum re-

τῆς φοβεραῦς ἐκείνης ἐπειράθημεν ἀπειλῆς, μάλλον δὲ καταστροφῆς, ἢ οἰκειότερον εἶπω, ἢ δικαίας ἀνταποδόσεως.

14. Καὶ σκόπει κἀνταῦθα τοῦ θεοῦ τὸ φιλάνθρωπον, τοῦ μὴ βουλομένου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. εἰδὼς γὰρ τὸ ἀκάθεκτον καὶ μοχθηρὸν τῆς γνώ- 5
 P 329 μης ἡμῶν ἐπὶ τὰ πονηρά, τί μηχανᾶται πρὸς τὸ τὴν ὁρμὴν ἐπι-
 σχεῖν τῆς κακίας καὶ ἐπιστροφῆς ἡμῶν ἐμβαλεῖν αἰτίαν; πρῶτον
 μὲν τὴν ἤδη λεχθεῖσαν γέτονα πόλιν, τὴν Βέρροϊαν λέγω, ἐπι-
 κατασεισθῆναι πεποίηκε τοῖς περιοίκοις ὡς πολλοὺς τῶν ἐκεῖσε
 συλληφθέντων ἐξαναλωσαι, τί διοικούμενος ἐκ τούτου; ἢ ἡμεῖς 10
 πάντως τῶν ἑτέροις ἀπειλουμένων τὴν αἴσθησιν λαβόντες, τῶν
 ἰδίων κακῶν ἀποχὴν κἂν ὀψὲ γούν ποιησώμεθα καὶ πρὸς ἀρετὴν
 τὰς πράξεις ἰθύνωμεν. εἶτα ἐπειδὴ τούτου γενομένου οὐκ ἐνεδώ-
 καμεν τῆς κρατούσης ἐν ἡμῖν παλαιᾶς συνηθείας, ἐφ' ἕτερον εἶδος
 μηχανῆς μεταβαίνει, τὴν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἔσεσθαι μέλλουσαν ἀμε- 15
 B ταμέλητα πράττουσι συμφθορὰν ἐν ἄλλοις προῦποδείξας. Δημη-
 τριάς γὰρ οὕτω καλουμένη τῆς Ἑλλάδος ἑτέρα πόλις, οὐ μακρὰν
 ἡμῶν ὑπερκειμένη, πολλῶ πλῆθει τῶν οἰκητόρων καὶ τοῖς ἄλλοις
 οἷς μέγα καυχῶνται πόλις τῶν ἔγγιστα ὑπεραιρομένη, οὐ πρὸ
 πολλοῦ τῆς ἡμῶν ἀλώσεως ἔργον ἐγένετο τῶν βαρβάρων. πολιορ- 20
 κηθεῖσα γὰρ ὡς μικροῦ δεῖν πάντων τῶν ὑπ' αὐτὴν ἐν μαχαίρα

3 τὸ τοῦ θεοῦ P
 21 πάντας?

9 πολλῶν P

19 ὑπεραιρομένη AP

quireret, tunc tremendum illud minarum pondus experti sumus, quin immo, ut verius dicam, eversionis seu iustae retributionis.

14. Et considera hic quoque dei humanitatem, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (Ezech. 33 11). cum enim sciret proiectam scelestissimamque animi nostri ad mala pronitatem, quid machinatur ac consilii init, ut perditum illum furorem inhibeat et ad conversionem inducat? primum quidem, quae dicta a nobis est, Berrhoëam, urbem finitimam, cum tota vicinia terrae motu quassavit, adeo ut multi eo oppressi perierint. quid inde disponens ac procurans? ut nos scilicet, malorum divina ultione aliis inflictorum sensu percepto, tandem aliquando a propriis ipsi malis abstinere actusque nostros ad virtutem dirigeremus. deinde, quia ne illo quidem casu de veteri vigente in nobis consuetudine quicquam remiseramus, ad aliud machinae genus transit, in aliis ante specimen edens eius calamitatis quae nobis ipsis obventura esset, dum nulla paenitudine peccaremus. Demetrias namque sic dicta, Graeciae alia urbs, haud longe a nobis dissita, tum accolarum frequentia tum rebus aliis, quibus urbes altum sapere ac gloriari solent, supra finitimas alte supercilium tollens, haud multo ante nostrae urbis excidium in barbarorum potestatem venit. obsessa enim ac capta, ut pene omnes qui in ea erant gladio ceciderint, nihil aliud

πεισῖν, οὐδὲν ἕτερον παρείχε νοεῖν ἢ τοῖς κακοῖς ἡμᾶς ἐπιμένον-
τας τὴν ὁμοίαν πείραν τῶν πραγμάτων ἐκδέχασθαι καὶ καθάπερ
εἰς ἔμψυχον στήλην ἐν αὐτῇ τὰ κεχρεωστημένα ἡμῖν ἀναγινώσκειν
παθήματα.

6 15. Ἀλλὰ μηδεὶς ἀποφαινόμενόν με οἰέσθω ταῦτα λέγοντα C
ὅτι δι' ἡμᾶς αἱ πόλεις αὗται τῶν φοβερῶν τὴν πείραν ἐδέξαντο.
ὠφείλετο γὰρ αὐταῖς, ὡς οἶμαι, καὶ δι' οἰκείαν μοχθηρίαν ὁ κίν-
δυνος, ὡς καὶ ἡμῖν μετ' ἐκείνας, ἀξίας τῶν ἡμαρτημένων ἐκάστῳ
τὰς τιμωρίας ἐπάγοντος τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ἐν τούτοις καὶ ἡμᾶς οὐ
10 τὴν τυχοῦσαν ἀφορμὴν τῆς ἐπὶ τὸ κρείττον ἐπιστροφῆς καὶ σωτη-
ρίας εὐκόλον ἦν ἐξευρεῖν, τὴν ἐκείνων καταστροφὴν οἰκείαν ἀσφά-
λειαν ποιουμένους. ὁμοῦς ἐπειδὴ τὸν νοῦν ἡμῶν εἶδεν ὁ τὰς καρ-
δίας ἐρευνῶν πάσῃ σπουδῇ τῆς ἐπ' ἀπωλείᾳ ἀγούσης ἐχόμενον, D
μηδεμίαν μὲν τῶν σωτηρίων ἐντολῶν καὶ παιδευτικῶν ἐνεργειῶν
15 ὑπολειφθεῖσαν, ἐξ ὧν αἰσθητικὴ καὶ νήφουσα ψυχὴ τὸ καλὸν
μεταμυθάνει, διαφεύγουσα τῶν χειρόνων τὰς πράξεις, δι' ἃς
ἐπέρχεται ἡ ὀργὴ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, ὡς φησὶν ὁ ἀπό-
στολος, ἔδει δὲ τὴν κακίαν ἐκτριβῆναι, ἵνα μὴ τῇ ἐπὶ πλεῖον
προόδῳ καὶ ἑτέροις λυμαίνοιτο, διὰ τοῦτο ἀφῆκεν ἡμῖν ἐπενεχθῆ-
20 ναι τὴν φοβερὰν ἐκείνην καὶ φρικώδη πληγὴν, ἵν' ὅπερ ἄλλων
πασχόντων ἡμεῖς οὐκ ἐδιδασχόμεθα, τοῦτο ἡμεῖς παθόντες ἄλλοις
ὑπόδειγμα ποιησώμεθα.

5 λέγειν?

12 οἶδεν AP

14 μηδεμίαν] καὶ μηδεμίαν?

cogitandum animis ingerebat quam fore ut qui in malis perseveraremus,
parem in nos ultionem exciperemus, et ut velut in animata columna ac
cippo, quae nobis debita essent mala diraque, perscripta legeremus.

15. Nullus tamen existimet, dum haec ita pronuntio, me velle
hasce urbes nostri causa tremenda haec expertas fuisse illisque malis
factas obnoxias. nam et illis, opinor, ob ipsam earum pravitatem, ae-
que ac nobis post ipsas, animadversio debebatur, deo scilicet singula
quaeque scelera digne ulciscente. verum in iis nos quoque haud levem
occasionem melioris frugis ineundae atque salutis facile fuit invenire, ita
nimirum ut earum casu noxaeque res nostras in tuto collocaremus. ve-
rum enimvero quia is qui corda scrutatur (Psal. 7 10) animum nostrum
omni studio haerere noverat viae quae ducit ad interitum, cum nihil ei
salutarium mandatorum castigationumque deesset, quorum sensu ad so-
brietatem reductus animus mutato consilio, quod honestum ac officii est,
condiscit, vitans scelera ob quae ira ingruit in filios inobedientiae, ut
ait apostolus (Ephes. 5 6), decebatque malitiam elidi ac aboleri, ne
maius incrementum faceret atque aliis noxam inferret, iccirco tremen-
dam illam atque horrendam plagam nobis inflixit, ut quod aliorum malis
praemoniti non didiceramus, eius nos aliis, nostro ipsi periculo, exemplo
essemus ac documento.

P 330

16. Ἀλλὰ τί δεῖ μακρολογεῖν; καιρὸς γὰρ ἤδη τῶν καιρῶν διηγημάτων ἐφάψασθαι, καὶ ὅπως τὴν ὀδυνηρὰν ἐκείνην πολιορκίαν ὑπέστημεν παραστήσαι τῷ λόγῳ, ὡς εἶναι τοῖς μετέπειτα νοθεσίας ὑπόθεσιν καὶ ἐναργοῦς διδασκαλίας παραίνεσιν. ἐν τούτοις γὰρ ὄντων ἡμῶν ἦκε τις ταχυδρόμος ἄγγελος ἀπὸ τοῦ 5 κρατοῦντος τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα, Λέοντος τοῦ φιλευσεβοῦς ἄνακτος, τὴν ἔφοδον τῶν βαρβάρων, λέγω δὴ τῶν δυσωνύμων Ἀγαρηῶν, καταμηνύων καὶ ὡς τάχα ὀπλιζέσθαι, πρόσφυγας τινὰς ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν βαρβάρων ἀφίχθαι λέγων, καὶ τὴν 10 βουλήν αὐτῶν, ἣτις ἐστὶ, προεπιόντας τῷ βασιλεῖ, καὶ ὅτι πᾶσαν τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τήνδε πεποίηται, ὑπὸ πολλῶν ἤδη τῶν ὑπ' αὐτῶν προχειρωθέντων βεβαιωθέντες ὡς ἀτείχιστός ἐστιν ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν μέρους καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν νηῶν μάχαις εὐεπιχειρητος. ταύτης οὖν ἀγγελθείσης τῆς πονηροῦς ἀγγελίας, θροῦς μὲν ἐγένετο κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ φόβος καὶ ταραχος, ἄσυνή- 15 θρους πράγματος καὶ φοβεροῦ ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν ἐν ἀρχαῖς προσπεσόντος, ἐβουλευσάμεθα δέ, οἴμοι, τὴν οἰκείαν περιποιήσασθαι σωτηρίαν, καὶ ὅσα πρὸς τὴν τῶν ἐναντίων ἄμυναν καταρτίζειν, 20 καὶ πρὸς τὸν κατ' αὐτῶν πόλεμον διεγείρεσθαι. πλὴν ἔκαμνε μὲν ὁ λογισμὸς ἐκάστου καὶ ταῖς ἄλλαις μερίμναις τῆς ἀπειρίας τοῦ μάχεσθαι, μήπω τοῦ πράγματος ὦν ἐν πείρᾳ, μηδ' ὅπως τὴν ἀρχὴν λαμβάνει δεδιδαγμένος· πλέον δὲ τὸ μὴ ἐπιτήδειον εἶναι τὸ τεῖχος ἔνθα καὶ τὴν προσβολὴν ἐσκοποῦμεν, τὰς ἀπάντων ψυ-

23 τὸ om P

16. Sed quid necesse orationem trahere? iam enim tempus est necessaria rerum momenta aggredi, ac modum quo diram illam obsidionem pertulimus sermone referre, quo scilicet inde posteris admonitionis argumentum ac ratio claraeque doctrinae adhortatio sit. etenim cum res nostrae ita se haberent, celer quidam cursor nuntius a Leone, piissimo imperatore tum imperii Romani scepra moderante, venit: barbarorum (inauspicati scilicet nominis atque ominis Agarenorum) irruptionem denuntians, ad arma statim convolare iubet. venisse profugos quosdam ex ipsis barbaris, eorumque consilii imperatorem praemonuisse: impetam omnem versus Thessalonicam vertere, ea scilicet ratione, quod ex pluribus iam ab eis bello captis ac subiugatis certo didicerint, qua parte respicit mare, nullis eam cingi moenibus exque navibus conserta pugna facile expugnari posse. malo hoc igitur allato nuntio per totam urbem rumor diditur, timorque ac titubatio omnes occupat, insueta plane re atque tremenda tum primum nostris auribus illapsa. eo nobis (heu!) versa consilia, ut salutem nostram tutaremur, ac quae arcendo hostes essent omnia pararemus, atque ad bellum sustinendum animis excitaremur. verum concidebat cuiusque animus, cum aliis disiectus curis, quod bello inexperti eramus nulloque rei usu, nec ut ipsa eius ducenda exordia noveramus; tum vero magis quod murus nihil idoneus erat, quo et

χάς κατεβίβιζε· καὶ γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς ὑποπτον, οὐ μόνον τοῖς
 ἀπειροπολέμοις καὶ ἀόπλοις ἡμῖν, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτοῖς τοῖς γεγυ-
 μνασμένοις καὶ προαποκειμέναις ἔχουσι τὰς τῶν τοιούτων πραγμά-
 των αἰτίας. (17) ἐβουλευσάμεθα δ' οὖν, εἴ τι καὶ ἴδοι πρῶτ-
 5 τειν, ἐν αὐτῷ πρᾶττειν τῷ τείχει καὶ πρώτης ἔχεσθαι τῆς αὐτοῦ
 ἀσφαλείας καὶ πρὸς τὸ κρείττον μεταποιήσεως. οὐ συνεβούλευε D
 δ' ἡμῖν τοῦτο τέως ὃ ταύτην ἡμῖν τὴν ἀγγελίαν πρὸς τοῦ βασιλέως
 κομίνας (Πετρωνᾶς δὲ οὗτος ἐκαλεῖτο, τῷ καταλόγῳ τῶν πρω-
 τοσπαθαρῶν ἐναριθμούμενος, ὃς ἦν ἐπιτετραμμένος ἐγχρονίσει
 10 μικρὸν τῇ πόλει καὶ τινος αὐτῇ μεταδοῦναι βοήθειας καὶ δεούσης
 ἐν τοῖς πράγμασι συνεργείας), ἄλλην δὲ σοφωτάτην ἔλεγεν ἐξευ-
 ρεῖν ἐπίνοιαν, ὡς λίαν ἐνεργῆ καὶ σωτήριον, εἰ μὴ καὶ ταύτης αἰ
 προοδοποιούσαι τὴν καθ' ἡμῶν ἀπώλειαν ἀμαρτῆαι ἀναίρεσιν
 καθυπέβαλον. ἐλλόγιμος γὰρ ὦν ὁ ἀνὴρ καὶ πολλὴν πραγμάτων
 15 ἐσχηκῶς πείραν, καθ' ἑαυτὸν συνιδῶν ὡς εἰ θελήσοι τοῦ τείχους P 331
 τῆς οἰκοδομῆς ἐπιμεληθῆναι, καὶ κόπους παρέξει τῇ πόλει καὶ
 πλέον οὐδὲν τῶν πρὸ αὐτοῦ περὶ τούτου φροντισάντων ὀνήσειεν,
 ἐφ' ἕτερον εἶδος ἀσφαλείας (καὶ σκόπει πῶς εὐφυῆς καὶ ἀρμόδιον)
 τὸν νοῦν μετηγάγετο. εἰδὼς γὰρ ὡς ἅπαν περικλύζεται πὺ κατὰ
 20 νότον μέρος τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν θαλασσίων ὑδάτων, ἐκεῖθεν δὲ
 προσπίπτοντος τοῦ πολέμου εὐχερῶς ἔχειν τοὺς βαρβάρους πᾶν
 ὄτιοῦν βούλοιντ' ἂν ἐν αὐτῷ διαπράξασθαι, μηδενὸς κωλύοντος

2 αὐτοῖς γεγυμνασμένας ἔχουσι P

20 ἀπὸ AP

hostium impetum expectabamus, omnium animos desperatione mergebat.
 ac sane res suspecta erat, non solum nobis bello inexpertis ac inermi-
 bus, sed et si qui iam exercitati istiusmodi rerum causas apprime cal-
 lerent. (17) itaque in eam sententiam ivimus, si quid esset molien-
 dum, id esse in ipso muro conandum, et ante omnia illius securitati et
 in melius refectioni prospiciendum. cogitata non laudabat qui ab impe-
 ratore nuntium nobis attulerat (Petronae nomen erat), vir protospatha-
 riorum adscriptus catalogo; cui erat impositum ut paululum in urbe com-
 moraretur opemque suam conferret et rebus debita subsidia submini-
 straret. is aliud sapientissimum consilium, quippe valde efficax ac sa-
 lutare, se invenisse aiebat, nisi illud quoque scelera nostra dissipas-
 sent, quae nostro excidio sternebant viam. namque cum aliis vir ille,
 sed maxime rerum experientia praestaret, intra se ipsum examinans, si
 in exstruendis muris cura adhiberetur, maxima urbi adfutura incom-
 moda, et nihilo magis iis se profecturum qui ante ipsum simile opus
 aggressi essent, ad aliud securitatis genus (et nota quam aptum ac
 peropportunum) animum advertit. considerabat enim, cum pars urbis
 noto adversa marinis aquis tota circumlueretur, si inde barbari arma
 movissent, quicquid libuisset, in ea facile effecturos, cum nemo ipso-
 rum ascensui in muros (ipsos humiles ac terrae contiguos) impedimento

αὐτοὺς ὑπεράνω τῆς οἰκοδομῆς γενέσθαι τοῦ τείχους διὰ τὸ πρόσ-
 γειον καὶ χθαμαλώτατον εἶναι τὰς τε νῆας μᾶλλον ὑπερανέχειν ἐκ
 B τοῦ κατὰ πρόμναν μέρους, καὶ ἀπὸ μετεώρου δύνασθαι τοὺς ἐν
 ταῖς ἐπάλξεσιν ὄντας κατατιτρώσκειν, ἐβουλεύσατο φραγμὸν τινα
 καὶ ταπεινημένην ἐνέδραν ἐν αὐτοῖς ἐγκρούσαι τοῖς ὕδασιν, ὡς ἂν 5
 καὶ τῇ πόλει τὸ ἀσφαλές καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐμπόδιον κατ' αὐτὸ
 γένηται. πολλοὶ γὰρ ἦσαν ἐκ μονολίθου γεγλυμμένοι τύμβοι κατὰ
 τε τὸ πρὸς ἀνατολὴν καὶ δύσιν μέρος τῆς πόλεως, ἐν οἷς πάλαι
 τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς οἱ τήνδε κατοικοῦντες ἐνεταφίαζον Ἕλληνας
 οὓς καὶ συνάγων καὶ τινι παραδόξῳ μεθόδῳ, ἣν αὐτὸς μόνος 10
 ἐξεῦρε, τῇ θαλάσῃ βυθίζων, καὶ ὡς ἀπὸ μικροῦ τινὸς διαστή-
 C ματας στοιχηδὸν τούτους τοῖς ὕδασιν ἀποκρούβων, θαλάσσιόν τι
 καὶ ξένον ἔρυμα καὶ τοῦ πρὸς ὕψος τῇ χέρσῳ προβεβλημένου τεί-
 χους ὀχυρώτερόν τε καὶ ἀσφαλέστερον τῇ ἀληθείᾳ κατετεχνάζετο.
 καὶ δὴ καὶ εἰς ἔργον ἂν ἐξέβη πᾶσαν ἀσφάλειαν τῇ πόλει περι- 15
 ποιούμενον, ὡς μηδὲ δύνασθαι τὰς νῆας πλησιάσαι τὸ παράπαν
 καὶ τῆς ἑαυτῶν μεταδοῦναι βλάβης, εἰ μὴ καὶ τοῦτο διὰ τὴν
 μοχθηρίαν ἡμῶν ἐκωλύθη καὶ εἰς οὐδὲν προεχώρησεν. (18) ἤδη
 γὰρ περὶ τὰ μέσα που τοῦ κινδυνώδους τόπου πεφθακότος τοῦ
 τοιούτου διαποντίου φραγμοῦ, καὶ πᾶσαν ἡμῶν ὑπόνοιαν ἐπίφο- 20
 D βον καὶ πονηρὰν ὑποτέμνοντος, ἵκετό τις ἕτερος, καὶ αὐτὸς πρὸς
 τοῦ βασιλέως πεμφθεὶς, τὸν εἰς τοῦτο πεμφθέντα Πιτρωνᾶν
 σπουδαίως μεταπεμπόμενος καὶ τὴν φροντίδα πᾶσαν τῆς πόλεως

2 καὶ χθαμαλώτατον om P

22 ταχθέντα A

esse posset: nam navium puppis ita eminebat, ut ex ea tanquam ex
 loco superiori in propugnaculis immorantes hostium iaculis obnoxii es-
 sent. statuit igitur aggerem quendam arteque factitatas insidias in aquis
 ipsis occultare, quibus securitas urbi simulque hostibus obstaculum foret.
 erant namque in tractu urbis ad orientem ac occidentem vergente plu-
 rima ex uno lapide excavata sepulchra, quibus antiquitus gentiles, qui
 eam inhabitaverant, suos mortuos condebant. haec ille in unum con-
 vehens, ac mirabili quodam artificio, cuius ipse solus sibi auctor exsti-
 terat, in mare demergens, et perparvo intervallo a se dissitos ordine
 tamen digestos inter aquas contegens, marinum quoddam ac pene inau-
 ditum munimentum, eo ipso muro qui ad continentem altiore structura
 eminebat validius ac securius, artificiosa vere sedulitate condebant. et
 iam opere praestitum fuisset, omnem urbi securitatem praestans, cum
 non possent naves appellere noxaque urbem afficere, ni hoc quo-
 que propter nostram improbitatem interruptum in nihilum recidisset.
 (18) cum enim prope iam circa medium loci periculosi per mare du-
 ctum sepimentum istiusmodi pervenisset, omnemque nobis metum ac
 malam suspicionem levaret, venit alius ab eodem imperatore missus,
 Leo nomine, qui in eam rem missum Petronam cito revocans, omnem

εἰς ἑαυτὸν μετατιθεῖς· Λέων δὲ οὗτος ἐκαλεῖτο, πάσης τῆς περι-
 χώρου προχειρισθεὶς στρατηγὸς καὶ πᾶσαν ἐπιμέλειαν τῶν πρὸς
 τὴν μάχην ἐπηρεπιζομένων πραγμάτων ἀναδεξάμενος. ὧ καὶ ἔδοξε
 τὴν τοῦ ἔργου τούτου σχολάσαι τέως φροντίδα, καὶ τοῦ τείχους
 5 τὴν οἰκοδομὴν ἐξανύεσθαι. ἅμα γὰρ ἦκε, καὶ μεθίστησιν εὐθύς
 τὸν δῆμον ἅπαντα τὸν εἰς τοῦτο τεταγμένον πρὸς τὸ τὰς χρειώδεις
 ὕλας τοῖς τεχνίταις ἐπικομίζειν, ὡς ἂν τῇ πολυχειρίᾳ τυχὸν καὶ τῇ
 τῶν δεόντων δαψιλεῖ χορηγίᾳ τὸ σπουδαζόμενον εἰς ἔργον ἄγοιτο. P 332
 ἤδη μὲν οὖν πάλιν τὰ τῆς οἰκοδομῆς ἦν ἐνεργῆ. ἀλλ' ὅσον ἐδό-
 10 κει τὸ πρὸς ὕψος ἐγειρόμενον τοῦ τείχους τὴν τῶν ἐναντίων ἀπείρ-
 γειν κακόνοϊαν, τοσοῦτον ἐφαίνετο τὸ λείπον τοῖς πολίταις ἡμῖν
 παντὸς κινδύνου καθυπεμφαῖνον ὑπόνοϊαν. οὔτε γὰρ ἅπαν διορ-
 θωθῆναι δυνατῶς εἶχε πολλῷ μῆκει διατεινόμενον πρὸς τὸ μηκέτι
 τὴν ἐξ αὐτοῦ συμφορὰν ἡμᾶς ὑποπτεύειν, καὶ ὁ χρόνος τὴν τῶν
 15 πολεμίων ἔφοδον ἐφροσάναται προεμαρτύρατο μήπω τοῦ μέσου χώ-
 ρου τῆς οἰκοδομῆς ἀψαμένης, ἐξ οὗ καὶ τὴν βλάβην ὑπωπτεσό-
 μεθα. ἀγγελίαι γὰρ τῶν προτέρων φοβερώτεραι καὶ συχνότεραι B
 τὺς ἀπάντων ἡμῶν ἀκοὰς περιεθρόλουν, καὶ τοὺς βαρβάρους ἐγ-
 γίζειν ἤδη τὸ πλεῖστον τοῦ πλοῦς διανύσαντας. οὐκ ἦν γὰρ ὅπου
 20 καὶ πρὸς μικρὸν αὐτοὺς ἐμβρουδῦναι, διὰ τὸ τὰς πλείονας νήσους
 ὑπ' αὐτῶν προεκπορθηθῆναι, καὶ τὰς πρὸς θάλασσαν ἐχούσας
 πόλεις τὴν οἴκησιν τῇ καταπλήξει μόνῃ τῆς ἀκοῆς αὐτῶν πρὸς φυ-

3 τὴν om P

in se civitatis curam recepit. Leo itaque finitimae omnis regionis ac
 provinciae praetor creatus, omnisque bellici apparatus cura in se trans-
 lata, coepti huius operis laborem interim intermittendum putavit, muro-
 rum contra exstructionis opus absolvendum. statim enim atque appulit,
 omnem mox multitudinem in hoc constitutam ad necessariam artificibus
 materiam convehendam transfert, quo scilicet laborantium multitudine et
 copiosa necessariorum rerum suppeditatione substructionis murorum de-
 stinatum opus efficeret. iam itaque huic operi diligentia habebatur, rei-
 que instabant. quantum enimvero sublatus in altum murus hostium de-
 stinatum malitiam arcere videbatur, tantum nobis civibus, quod eius re-
 liquum erat, mali ominis ac periculi suspicionem sensumque coniectura
 haud levi ingerebat. non enim totus, in longitudinem nimiam expansus,
 ita reparari poterat ut omnem deinceps exspectatae ex eo cladis timo-
 rem auferret; tempusque iam prope hostium irruptionem instare testa-
 batur, cum necdum structura medium ipsum locum attigisset, ex quo
 nobis suspectum malum et exitium foret. nuntii enim prioribus terribi-
 liores ac crebriores nostrum omnium aures obtundebant, iamque barba-
 ros prope imminere, maxima parte navigationis illis expleta. neque
 enim erat quod vel minimum eis moras iniiceret, cum iam plerasque in-
 sulas populati essent, urbesque maritimae sola auditus eorum conster-

γῆν ἐκτραπήναι, καὶ μὴδὲν ὑπάρχειν ὁ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἢ τὴν τῶν ὄπλων συνέχειαν ἐξαρκεῖν ὑπομεῖναι. τέτταρας γὰρ ὁμοῦ καὶ πεντήκοντα τὰς βαρβαρικὰς εἶναι προέλεγον νῆας, οὐδὲν ἦττον πόλεως ἐκύστης αὐτῶν τῷ μεγέθει καὶ ταῖς ἄλλαις κατασκευαῖς
C τυγγανούσης, ἐν αἷς ἦν παμμιγῆς τις ὄχλος ἀπονενοημένων καὶ 5
 μανιωδῶν, τῶν τε τὴν Συρίαν οἰκούντων Ἰσμαηλιτῶν καὶ τῶν ὁμοροούντων Αἰγυπτίοις Αἰθιοπίων, πάντων αἰμοβόρων καὶ θη-
 ριογνωμόνων ἀνθρώπων, πολλὴν τὴν ἐν τοῖς φόνοις ἐπιστήμην
 ἐξησκημένων καὶ ταῖς ληστρικαῖς ἐπινοίαις τὰς σφαγὰς ἐμμελετη-
 σάντων, ὡς μὴ δύνασθαι τινα κἂν ἀκοῇ τὴν τούτων ἐκδέξασθαι 10
 πείραν, ἀλλὰ σπεύδειν ἕκαστον ὑποχωρεῖν τῆς ἐνεγκαμένης, κρεῖτ-
 τον ἡγούμενον τὴν μετὰ θηρῶν ἀγρίων ἐν τοῖς ὄρεσιν οἴκησιν ἢ τὸ
 ὑπ' αὐτῶν ληφθῆναι καὶ πολυώδυνον ἀπενέγκασθαι θάνατον.

D 19. Πλὴν ἐν τούτοις τούτων ἐχόντων πάλιν φοβερώτερός
 τις τῶν ἤδη λεχθέντων ἐξελήλυθεν ἄγγελος, τῶν βαρβάρων τὴν 15
 ἔφοδον πλησιέστερον οὖσαν ἅπασι προδηλῶν. Νικήτας δὲ οὗτος
 ἐκαλεῖτο, στρατηγὸς τὴν ἀξίαν καὶ τὴν ἐν τοῖς βουλευμασιν
 εὐταξίαν. οὗτος ἐλθὼν συνεπαμῶναι τῇ πόλει κατηγγυῖτο (εἰς
 τοῦτο γὰρ ἔλεγεν ἀφῖχθαι), καὶ εἴ τι δέοι πράττειν, ἐτοίμως ἔχειν
 καθυπετίθετο. πλὴν ὅτι συνέβη τι καὶ τοιοῦτον γενέσθαι μεταξὺ 20
 τῆς προσδοκίας τῶν πολεμίων ἐξ ἐπινοίας τοῦ σκανδαλοῦργου καὶ

5 οἷς P 15 τῶν ante βαρβ. om P
 fisisius pro ἀταξίαν

18 εὐταξίαν Combe-

natione ac pavore fugam arripuissent, nihilque esset quod eorum impe-
 tum subsistere aut constipatam aciem sustinere posset. quattuor enim
 supra quinquaginta simul esse barbaricas naves nuntiabant, quae sin-
 gulae urbibus magnitudine ac reliquo apparatu exaequabantur, in quibus
 promiscua vesanorum hominum ac furentium turba veheretur, tum Ismaē-
 litarum, qui Syriam inhabitant, tum Aethiopum Aegypto confinium,
 cruentorum omnium ferinisque animis atque indole praedictorum, qui
 caedium arte plurimum exercitati essent, latrociniisque olim dediti fusi
 noxam cruoris necisque studium omne habuissent, ut nec vel auditu eo-
 rum quisquam periculum sustinere posset, sed singuli quique festine
 patria excederent, quibus potius esset in montibus cum feris bestiis
 habitare quam ut ab eis capti aerumnosa morte diroque cruciatu peri-
 rent.

19. Ceterum rebus se ita habentibus, rursus alius nuntius dictis
 iam ac superioribus terribilior venit, barbaros quam proxime adesse
 omnibus referens. Nicetae nomen fuit; qui ut dignitate, sic consiliis
 componendo civitatis ordine dux erat. suo is accessu opem se urbi alla-
 turum pollicebatur: ad hoc enim aiebat se venisse; ac si quid agendum
 esset, ad omnia se paratum affirmabat. verum enimvero per eam in-
 terim suspensam hostium expectationem, scandalorum auctoris ac ne-

πονηροτάτου δαίμονος. ὁ γὰρ ἤδη λεχθεὶς στρατηγὸς τοῦτω δὴ
 τῷ νειωστὶ παραγενομένῳ Νικήτῃ αὐτοῦ που περὶ τὴν οἰκοδομὴν P 833
 τοῦ τείχους κατ' ἀρχὰς ἐντυχὼν ἵππῳ ἐφειζόμενος, ὡς τὴν συνήθη
 πρὸς τὸν φίλον ἔδοξεν ἐκπληρῶσαι τῷ ἀσπασμῷ προσηγορίαν, καὶ
 5 αὐτὸν ἵππῳ ἐγκαθεζόμενον, τοῦ ῥυτῆρος ἀμελήσας δεινὸν τι πέ-
 πυνθε πρᾶγμα καὶ πολλῶν δακρῶων ἐπάξιον. ἔκταραχθέντες οἱ
 ἵπποι, καὶ πλέον οὗτος ἐφ' ὃν ὁ στρατηγὸς κικαδίκει, τῇ φυσικῇ
 μανίᾳ πληγείς τὸν τε αὐχένα σιμώσας καὶ τὴν κόμην φρίξας, ὄρ-
 θιον ἀρθεὶς τῆς ἔδρας αὐτὸν ἀπεβάλετο, καὶ ἐκ τοῦ πρὸς οὐρὰν
 10 κυβιστήσας καὶ πρὸς τοῦδαφος ῥίφεις τὸν δεξιὸν τε μηρὸν καὶ τὰ
 πρὸς τὴν κοτύλην μέλη θλασθεὶς ἔλεινός ἦν καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς
 ἀπειπῶν· ὃν οἱ τῆς στρατιωτικῆς τάξεως δορυφόροι παραχρῆμα B
 ταῖς χερσὶν ἀνελόμενοι ἀπῆγον οἴκαδε, μηδὲν ὡς εἰκὸς περὶ τῶν
 προκειμένων πραγμάτων τοῦ λοιποῦ φροντιούμενον. ἔκειτο δὴ ὁ
 15 ἀνὴρ ὀδύναις ἀφορήτοις βληθεὶς, οὐκ ἔχων ᾧ τινὶ πρῶτον τὸν
 νοῦν ἐπαφήσει. εἶλκε μὲν γὰρ αὐτὸν ἡ φροντίς τοῦ προσδοκωμέ-
 νου κινδύνου, πῶς καὶ τίνα τρόπον περισώσει τὴν πόλιν ἐκ τῆς
 ἐπιδρομῆς τῶν βαρβάρων· ἀνθεῖλκε δὲ τοῦτον πρὸς ἑαυτὸν πλέον
 ἢ δριμύτη ὀδύνη καὶ τὸ θάνατον ἀπειλεῖν τῶν πληγέντων μελῶν
 20 τὸ πάθος, καὶ ἀνέπειθε μηδὲν ἕτερον προτιμᾶν τῆς ἑαυτοῦ σωτη- C
 ρίας. καὶ οὕτως ἐν μεθορίῳ δύο χαλεπῶν κείμενος καὶ ἐξ ἑκατέ-
 ρου νικώμενος πρὸς πᾶσαν ἐνέργειαν ἦν τῶν δεόντων ἀνεπιτήδειος.

5 ἴκον A 8 καὶ τὴν — 9 ἔδρας om P 12 τῆς om P
 13 μηδενὸς εἰκὸς AP 17 ἐκ om P 21 καὶ om ante οὕτως P

quissimi daemoneis machinamento, eiusmodi aliquid accidit, ut nempe
 laudatus praetor, dum in Nicetam, qui nuper advenerat (ubi tum is ex-
 struendo muro operam dabat) equo insidens incidisset, et cum eo quasi
 amico consuetam mutuis complexibus salutationem complere visum esset,
 ipso quoque equo insidente, nec caute satis frena tenens, diro casu
 multisque lacrimis prosequendo laederetur. nam obturbati equi, et im-
 manius is quo ipse ferebatur, naturali furore percitus, reducta cervice
 atque rigide erecta iuba, rectum sese sustollens eum sede expulit; qui
 per caudam devolutus et in solum prostratus, coxa dextra et circa co-
 tylem membrum collisis, ita misere habitus est ut et de vita ipsa despe-
 raret. eum militaris cohortis satellites, statim manibus sublato, do-
 mum adduxerunt, nullam, ut par est, deinceps eorum quae in manibus
 essent curam habiturum. iacebat itaque vir intolerandis affectus dolo-
 ribus, nesciens cui primum animum adhiberet. traherat enim ipsum im-
 mineptis periculi sollicitudo, quomodo quave ratione urbem ab invasione
 barbarorum tutam servaret; magis vero contra traherat ad seque retra-
 hebat acerrimus dolor et membrorum fractura, quae mortem minitaba-
 tur, propriaeque saluti reliqua posthabenda illi suggerebat. sic in me-
 dio duorum malorum positus ac utroque fatiscens, quicquid necessariae
 operae incumberet, ineptissimus erat. nihilominus nos urgente rerum

πλὴν διὰ τὸ κατεπεῖγον τοῦ καιροῦ πρόβητες τινὰς ξυλοσυνθέτους
 εἶπε διερρηκῶς μέρει τοῦ τείχους ἡμεῖς δομησάμενοι τε καὶ προσ-
 πελάσαντες ὀλίγην τινὰ παρέσχομεν ἑαυτοῖς χρηστῆς ἐλπίδος ἀνα-
 ψυχῆν, ὡς δῆθεν ἀφ' ὑψους τοὺς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐρχομένους
 ἀπέργειν καὶ μὴ παραχωρεῖν αὐτοῖς πλησίον ἵνα τοῦ τείχους καὶ 5
 τὰς κακοβουλίας αὐτῶν ἐνεργεῖν. ταῦτα δὲ σπευδόντων ἦν ἐφευ-
 ρήματα, τῆς ἀνάγκης τοῦ φόβου τὰς ἐπινοίας τῶν ματαίων ὑπο-
 βαλούσης, εἰ καὶ ὅτι, καθὼς τις ἔφη σοφός, εὐμήχανόν ἐστιν
 ἄπαν τὸ πιεζόμενον. οὐκ ἦν γὰρ ὅστις ἐν ἡμῖν βεβαίως κατὰ τοῦ
 μέλλοντος σκέπεται ἢ τῆς τῶν ἐλπιζομένων ἐκβάσεως. 10

20. Ὅμως ἐπειδὴ τοῦ στρατηγοῦ πληγέντος ἢ περὶ ἡμῶν
 ἅπαντα φροντὶς εἰς τὸν ῥηθέντα μετῆει Νικήταν, ἤρχετο καὶ αὐτὸς
 τὰ παρ' ἑαυτοῦ τὸ κατὰ δύναμιν ἐπιδείκνυσθαι, ἔλεγε δὲ καὶ τῶν
 πλησιοχώρων Σκλαβήνων, τῶν τε ὑφ' ἡμᾶς τελούντων καὶ τῶν
 ὑπὸ τὸν στρατηγὸν Στρυμόνος, πλῆθος πολὺ προστετάχθαι συν- 15
 P 334 λάσαι τῇ πόλει, τῆς τοξικῆς ἐμπείρων, ὡς ἂν μηδ' ἡμεῖς τυχὸν
 εὐρεθῶμεν τῆς τῶν ἐναντίων ἐνδέοντες πανοπλίας, ἀλλ' ἔχωμεν
 οἷς τὴν πρώτην αὐτῶν ἀποκρουσόμεθα προσβολῆν. ὃ καὶ εἰς ἔργον
 ἄγειν προεθυμεῖτο· ἐπιστολὰς γὰρ χαράξας διὰ πάσης ἐξέπεμψε
 τῆς περιχώρου, ἦκειν τὸ τάχος πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμφὶ τοὺς Σκλα- 20
 βήνους κατεπισπεύδων, ἕκαστον αὐτῶν ὡς οἶόν τε ἦν ὀπλισάμε-
 νον. ἔξ οὗ δὴ καὶ συνέρρεον ὀλίγοι μὲν τινες ἀφελεῖς, οὐκ ὄσοι

5 εἶναι P
 corr Combefisius

6 ἐφευρήματα A

15 τῶν στρατηγῶν AP:

articulo, turribus quibusdam ex ligno congestis in parte muri collapsa
 exstructis atque admotis, lenioris nobis spei pusillum aliquod refrigerium
 suscitavimus, tanquam qui e loco superiori pugnatum e mari venientes
 arcere, nec muro accedere sinistraque explere consilia sinere habere-
 mus. sed erant haec festinantium subtilia inventa, cum videlicet metus
 necessitas inania haec excogitanda menti ingereret; tametsi, quod ait
 sibi vindicare studerent, audiit, quae Hierosolymis versaretur, sancta
 deipara, inque haec verba respondit. 'clauso templo nemo ingrediatur;
 ac demum quadragesimo post die aperiatur. ac quidem si nullum in
 aede apparuerit signum, Iudaeorum iuris esto.' praestituto itaque die
 templo reserato, sanctae dei genitricis effigiem vident, Christum, pueri
 specie, manibus et sinu complectentis. mirandam sane omni que dignam
 veneratione divinissimoque decore effigiem ac pulchritudinem pellucidis
 appictam tabulis, ipsam aperte conspicuam, totamque ex toto alte per-
 vadentem. ea conspecta Iudaei fuga se praeripuerunt. postea quoque
 multos Iudaeos Graecosque conatos abraderе, frustrato eorum conatu
 illaesa, abs se abdicavit; manetque hactenus eodem se modo habens ad
 dei gloriam in tabella nullis hominum manibus efficta forma. praeterea
 quoque mulieris sanguine fluentis imago, herbae adminiculo omnem Pa-
 neade ac toto orbe aegritudinem sanans."

6. Secundo a patriarcha ordine vir sacer Euthymius Sardorum
 metropolita, libera et ipse confessione atque sermone, scelesto os oc-
 clusit. Theodorus vero Studii praepositus "noli, imperator," inquit,
 "ecclesiae statum convellere. nam tibi quidem ac tuis curis rei publicae
 status exercitusque procuratio credita est: verum ecclesiam ipsam sibi
 relinque." his nimio furore concitus tyrannus a se omnes indigne ha-
 bitos expulit; ac quidem Nicephorum patriarcham et Theodorum exilio

Θεόδωρον¹ ὅτε καὶ λέγεται ὅτι τοῦ πατριάρχου Νικηφόρου ἐν
 ἔξορίᾳ παραπεμπομένου, πόρρωθεν ἰδεῖν Θεοφάνην τὸν τῆς Σι-
 γριανῆς λεγόμενον καὶ τῆς μονῆς τοῦ μεγάλου Ἀγροῦ προϊστάμενον
 προορατικοῖς ὀφθαλμοῖς, θυμιάματά τε καῦσαι καὶ μετ' εὐχῆς
 5 ὑποπέμψαι, τὰς χεῖρας αἴροντα καὶ τῷ θεῷ τοῦτον παραδίδόντα
 καὶ τὸν ἄσπασμόν ἐπιτείνοντα· καὶ τινος ἔρομένου αἰτίαν εἰπεῖν C
 ὅτι ἰδοὺ διέρχεται ἐν ἔξορίᾳ ὁ μέγας ὁμολογητῆς Νικηφόρος ὁ πα-
 τριάρχης, ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἀγωνιζόμενος. τὸν δὲ ἱερὸν
 Εὐθύμιον, ἅτε δὴ τὸν ἔλεγχον τῆς αἰρέσεως ἀποτομώτερον ἐκφω-
 10 νήσαντα, τὰς σιαγόνας τοῖς ῥαπίσμασι καταθλάῃ καὶ ταῖς μᾶστιξι
 τὸν νῶτον καταξάλνει τοσοῦτον ὡς ἐν αὐταῖς τοῦτον ἐκπνεῦσαι.
 τούτων γενομένων Θεόδοτον τὸν Κασσιτηρᾶν πατριάρχην χειροτο-
 νεῖ, ἄλογον ἄνδρα καὶ ἰχθύων ἀφωρότερον, καὶ διωγμὸν ἄσπον-
 δον κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἀναρριπίζει φανερώς, τοῖς συμμύσταις
 15 αὐτοῦ καταπιστεύων, τρία ὑποθέντας αὐτῷ ποιῆσαι, τῆς ὀρθο- D
 δόξου ἡμῶν πίστεως τὴν ἄρνησιν, τῶν θείων εἰκόνων τὴν καθαι-
 ρεσιν καὶ τῶν εὐσεβούντων τὴν δίωξιν. καὶ πρῶτον μὲν καθαιρεῖ
 πᾶσαν ἱερὰν τῶν ἐκκλησιῶν ἀναστήλωσιν, κἀντεῦθεν τοὺς εὐρι-
 σκομένους ἔχοντας εἰκόνα Χριστοῦ ἢ τῶν ἁγίων δειναῖς τιμωρίαις
 20 καὶ θανάτῳ κατεδίκασεν, πολλοὺς δὲ τῶν ἐν δόξῃ καὶ περιφανῶν,
 ἀλλὰ μὴν καὶ μοναχοὺς ἀπείρους, πεφόνευκεν.

7. Ἐπεὶ δὲ Μιχαὴλ τὸν ἐξ Ἀμορίου, οὗ τὴν παῖδα ἐκ τῆς

22 *alī* τὸν υἱὸν *margo P*

relegavit: quando etiam ferunt Nicephorum patriarcham in exsilium pro-
 ficiscentem, Theophanem Sigrianum nuncupatum, magni Agri (sic dicti
 monasterii) praepositum, prospiciendi vim habentibus oculis procul
 adspexisse, suffitusque accendisse, atque precibus votisque, sublatis in
 caelum manibus, eum prosecutum esse, deo nimirum commendando am-
 plexusque atque salutes dirigendo. ac quodam quaerente causam di-
 xisse Theophanem iccirco haec factitare, quod magnus confessor Ni-
 cephorus patriarcha, pro sanctis imaginibus agonem desudans, viam
 transiens in exsilium proficisceretur. sanctum autem Euthymium, quod
 austerius liberiorique voce haeresim coarguisset, colaphis pugnisque
 effractis malis, diris adeo verberibus dorso caedit ut in eis animum ex-
 halarit. his ita peractis Theodotum Cassiteram patriarcham praeficit,
 mutum hominem et pisce elinguiorem; palamque adversus ecclesiam im-
 placabilem excitat persecutionem, eorum quos symmystas sibi adhibuerat
 consiliis cedens. haec illorum tria documenta: orthodoxam Christiano-
 rum fidem negaret; divinas imagines everteret; pios ac orthodoxos per-
 secutione vexaret. ac primum quidem ubique in ecclesiis erectas demo-
 litar imagines: tum qui domi Christi sanctorumve ullam imaginem ha-
 bere deprehensi essent, diris suppliciis ac morte damnavit: complures
 denique viros illustres ac claros (sed et monachorum innumeram turbam)
 nece sustulit.

7. Quod autem Michael Amorio ortum, cuius filiam ex spiritali
Theophanes contin.

πνευματικῆς κολυμβήθρας υἰοποιήσατο, πατρίκιον καὶ ἐκκούβιτον
 ἐτίμησεν, αὐτὸς δὲ τῇ τολμηρῶς τῆς γλώττης τὸν Λέοντα ὠνει-
 P 406 διζεν ὡς καθαιρέτην τῶν ἁγίων εἰκόνων, καὶ τὴν γαμετὴν αὐτοῦ
 ἀνοσίοις γάμοις ἐμμυγῆναι, ὑπολαβὼν αὐτὸν ἀνταρσίαν μελετᾶν
 εἰς τὸ τοῦ παλατίου λούτρον Πιθήκειον δεσμεῖ, κοντῶ τε προσδε- 6
 θῆναι κελεύει καὶ τῷ καμινάῳ πυρὶ παραδυθῆναι ἀνάλωμα· οὗ
 προβιβασθέντος ὁ βασιλεὺς εἰστήκει θεωρῶν τοῦτον. ἡ δὲ βασι-
 λισσα Θεοδοσία δάκρυσιν ἱκετεύσασα τῆς μαιφονίας ἐλυτρώσατο,
 καὶ ὁ βασιλεὺς τὸν ὑπεύθυνον ἐαθῆναι προσέταξεν. πρὸς δὲ τὴν
 ἑαυτοῦ γυναῖκα εἶπεν “ὦ γύναι, τὴν μὲν ἐμὴν ψυχὴν τῆς ἐκειθεν 10
 B σήμερον δίκης ἀπήλλαξας, ἴσως μὲν καὶ τῆς ζωῆς συντόμως στε-
 ρήσεις· σὺ δὲ καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν θεάσῃ τὸ ἀποβησόμενον.” ἦν
 γὰρ αὐτῷ ἕκ τινος συμβουλευτικῆς βίβλου ὁ ἀναιρέσιμος χρόνος με-
 μυνημένος. εἶχε γὰρ γραφὴν τοιαύτην, Λέοντος εἰκόνα θηρίου
 ὀλόκληρον, ἐν μὲν τῇ κεφαλῇ ἔχουσαν X γράμμα, ἐν δὲ τοῖς ὀπι- 15
 σθεν Φ, καὶ μέσον τοῦ θηρίου πρὸς αὐτὴν τὴν ψῆφον ξίφος ἦγουν
 σπάθην ἐμπεπηγμένην καὶ ἡμαγμένην· ἦν ὑποδείξας Στεφάνῳ,
 ᾧ ἐπὶ κλην Καπετωλῆς, ἔφη πρὸς αὐτὸν “τί δηλοῖ ταῦτα;” ὁ
 C δὲ ἔφη “ἄφες, δέσποτα, μὴ ἴδω καὶ τὴν γραφὴν.” ὁ δὲ οὐ
 κατεδέξατο. συλλογισάμενος οὖν ὁ Στέφανος λέγει τῷ βασιλεῖ 20
 “οὗτος ὁ λέων εἰς πρόσωπον τῆς βασιλείας κεῖται, καὶ μέσον τοῦ
 X γράμματος καὶ τοῦ Φ κακὸν τι συμβαίνει αὐτῷ.” καὶ ὁ βα-

11 μέντοι?

13 Συβυλλιακῆς? cf. p. 22 c

piscina Leo adoptaverat, patricii dignitate ornat et excubito rem prae-
 fecerat, isque audaciore ac procaci lingua, Leoni, uti sacrarum imagi-
 num eversori exprobrabat, eiusque uxorem incestis nuptiis commiscen-
 dam fore dictitabat, moliri eum tyrannidem arbitratus, ad palatii Ther-
 mas, quas Pithecium vocant, vinctum paloque alligatum in fornacem
 igni exurendum iniici mandat; rei que iam procinctu imperator spectator
 futurus adstabat. enimvero Theodosia Augusta lacrimis supplex ab ea
 virum liberat carnificina. iussus itaque a Leone interim dimitti reus,
 cuius haec ad uxorem verba “tu quidem, mulier, animam meam a fu-
 turo hodie liberasti iudicio; fortean vero etiam brevi vita privabis;
 ipsaque adeo ac liberi quid sit eventurum videbis.” noverat enim ex
 quodam Sibyllinorum oraculorum libro, quo illi tempore, ut nece tolle-
 retur, fati indictum esset. nempe illo expressa erat figura eiusmodi.
 leonis figuram ex integro referebat. capiti litera X inscripta erat, a
 tergo vero litera Φ, mediae bestiae ad ipsa illa impactus cruentus
 ensis haerebat. hac imperator Stephano cognomento Capitoliges ostensa,
 ex eo sciscitabatur quid haec sibi vellent. cui ille “sine, domine, ut
 nec oculis figuram usurpem.” is enimvero nihil acquievit. tunc igitur
 Stephanus secum ipse reputans imperatori infit “leo iste in imperii si-
 gnum positus est; ac inter literam X et Φ malum aliquod illi imminet.”

σιλεύς “τί ἐστι τὸ Φ καὶ τὸ Χ;” ὁ δὲ φησι “μέσον τῆς Χριστοῦ
γεννήσεως καὶ τῶν φώτων.” ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ῥηθέντος αὐτῷ
διὰ τοῦ πατρικίου Βαρδανίου παρὰ τοῦ ἐν τῷ Φιλομηλίῳ μονά-
ζοντος, καὶ ἐκ τῆς ἀμφιάσεως καὶ ἐπιβάσεως τῶν ἰσθῆτων, ὅτε
5 πρὸς τὰ βασιλεια εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσῆρχετο. προσέτι δὲ καὶ ἡ τῆς
μητρὸς ὄψις ἐπλήρου φόβου αὐτόν, ἥ τότε μὲν λεχθεῖσα εἰς οὐδὲν
τούτῳ λελόγιστο, τὰ νῦν δὲ καὶ σφόδρα δάκνουσα ἐπέκειτο τὴν D
ψυχὴν. ἐφάνη γὰρ αὐτῇ, κατὰ τὸν ἐν Βλαχέρναις θεῖον ναὸν
προσφοιτώσης ἀεί, κόρη τις ὑπὸ πολλῶν λευχειμόνων περιστοιχι-
10 ζομένη καὶ ὁ ναὸς ἅπας αἵματι πλήρης. ταύτην οὖν τὴν κόρην
εἰπεῖν τινὶ τῶν παρεστῶτων, χύτραν πληρώσαντα αἵματι ἐπιδοῦ-
ναι τῇ μητρὶ τοῦ Λέοντος πιεῖν. αὐτῆς δὲ πολυεΐλαν προβαλλο-
μένης δι’ ἧς μήτε κρεῶν μήτε τινὸς τῶν ἐναίμων γεύσασθαι, καὶ
διὰ τοῦτο μηδὲ ταύτης χήζειν τῆς χύτρας, “καὶ πῶς” ἀντέφη ἡ
15 κόρη μετὰ θυμοῦ “ὁ σὸς υἱὸς οὐ παύεται ἐμὲ πολλῶν αἱμάτων
πληρῶν καὶ τοῦτον τὸν ἐμὸν υἱὸν παροργίζων καὶ θεόν;” πολλά P 407
τε ἔκτοτε ἐλιπάνευε τὸν ἑαυτῆς υἱὸν τῆς τῶν εἰκονοκαστῶν αἰρέ-
σεως ἀποστῆναι, τὴν ὄψιν αὐτὴν ἐκτραγωδοῦσα. ἄλλη δὲ ὄψις
τοῦτον ἐδειμάτου νυκτερινῇ τῆς πρώτης οὐκ ἔλαττον· τοῦ γὰρ
20 ἀοιδίμου Ταρασίου τοῦ πατριάρχου πάλαι τὸν βίον μετήλλαχότος,
ἤκουσε τοῦτον Μιχαὴλ τινα ἐξ ὀνόματος καλέσαι, καὶ ἐπιπηδή-

tum imperator “quid vero sibi volunt X et Φ?” ait ille “inter Christi natalem et τῶν φώτων diem” (Epiphaniarum scilicet atque luminum.) sed et quod patricio Bardane referente a Philomelio monacho dictum acceperat: ex eo item quod praetextam ille induerat, eiusque extremam vestis oram calcaverat, tum cum imperio potiturus ipse regiam intrabat. ad haec vero etiam matris visio terrore implebat. ipsa quidem quo tempore contigit nullius illi frugis habita est; nunc vero etiam gravius mordens animum ac distorquens incumbibat. nam cum illa ad divinam crebrius Blachernensem aedem sese conferret, piisque votis iugiter eam frequentaret, apparuit ei puella multo candidatorum satellitio stipata: aedes ipsa cruore inundabat. tum puella uni adstantium imperare, impleta cruore olla, imperatoris matri ut propinaret. excusante illa longosque obtendente annos, per quos nec carnes nec eorum aliquid quibus sanguis concretus est degustasset; iccirco neque olla hac illi opus esse; contra respondere puella cum ira, “ecquid vero filius tuus non cessat multis me cruoribus implere meumque hunc filium ac deum ad iracundiam provocare?” quo ex tempore etiam atque etiam filium rogabat ut se ab eorum qui sacras imagines flammis traderent ac abolerent haeresi abstineret, hanc lugubriter visionem deplorans. sed et alia visio nocturna nihil priore minorem terrorem iniiciebat. inclitae enim memoriae Tarasium patriarcham pridem vivis exemptum audivit Michaelen quen-
dam ex nomine vocare, illumque irrudentem letalem Leoni plagam

σαντα ἐπιπλῆξαι λέοντα καιρίαν· καὶ κατὰ κρημνοῦ ὠθῆσαι ἄβυσσον ἔχοντος.

8. Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἀθέου Λέοντος ἦλθον οἱ Βούλγαροι μηδενὸς αὐτοῦς ὑπαντῶντος ἢ κωλύοντος ἕως τῆς πόρτης· καὶ ποιήσας ὁ Κροῦμος θυσίαν κατὰ τὸ ἔθος αὐτοῦ ἔξωθεν τῆς 5 Χρυσῆς πόρτης ἔθυσσε ἀνθρώπους καὶ κτήνη πολλά· καὶ εἰς τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης βρέξας τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ περικλυσάμενος, καὶ ῥαντίσας τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ εὐφημισθεὶς ὑπ' αὐτῶν, διῆλθεν μέσον τῶν παλλακίδων αὐτοῦ προσκνηθεὶς ὑπ' αὐτῶν καὶ δοξασθεὶς, καὶ ταῦτα θεωρούντων ἐκ τοῦ τείχους πάντων, 10 καὶ μηδενὸς τολμῶντος κωλύσαι αὐτὸν ἢ ἀπολύσαι βέλος κατ' αὐτοῦ. καὶ ποιήσας πάντα τὰ ἐπιθυμητὰ αὐτοῦ καὶ ἄπερ ἐβούλετο, περιεκύκλωσεν τὴν πόλιν καὶ ἔβαλεν χάρακα ἐπ' αὐτῇ, καὶ ποιήσας 15 ἡμέρας τινὰς καὶ πραιδεύσας τὰ ἔξωθεν τῆς πόλεως ἤρξατο ζητεῖν πάκτυ χρυσοῦ καὶ ἱματισμοῦ ἀριθμὸν πολὺν καὶ κοράσια 15 ἐπιλεκτα ποσότητα τινά. καὶ δὴ ποιήσας ὁ Λέων βουλήν μετὰ τῶν ἀρχόντων ἐδήλωσε τὸν Κροῦμον ὅτι ἐλθέ ἕως τοῦ αἰγιαλοῦ μετὰ ὀλίγων τινῶν μὴ ἐπιφερομένων ὄπλα, καὶ ἡμεῖς ἔξερχόμεθα διὰ τῆς θαλάσσης ἄοπλοι μετὰ χελανδίου, καὶ συλλαλοῦμεν, καὶ ἄπερ ἠτήσω πάντα ποιῶμεν. καὶ ταῦτα διαλαλήσαντες, διὰ τῆς 20 νυκτὸς ἔξαγαγόντες τινὰς ἐνωπλισμένους τρεῖς ἄνδρας, κατέκρυψαν αὐτοὺς ἐν ὀματίοις τισὶ τῶν Γάλλης ἔξωθεν τῆς πόρτης τῶν

2 ἔχοντα editio Paris. (P)

incussisse, atque in praecipitium, subiecta immensa voragine, impulisse.

8. Impii Leonis diebus, eoque imperii sceptrum moderante, Bulgari, nemine occurrente atque eos aditu prohibente, ad urbis usque portam venerunt, Crumusque more gentis sacrificio extra portam Chrysem instructo homines ac pecora plura immolavit; tinctisque ad maris litus pedibus ac aqua lotus, lustratoque exercitu, faustis suorum vocibus ominibusque acceptus, per medium pellicum gregem, iis venerationis ergo procumbentibus ac laudantibus, processit. haecque adeo cunctis e muro spectantibus, ac cum nemo obniti auderet vel in eum iaculum mittere. cunctis itaque ex libito illi atque animo expletis, urbem obsidione cingit ac vallum mittit. producta dies aliquot obsidio, cunctisque ruri urbisque pomeriis direptis, auri pensum annum vestiumque ingentem copiam ac puellarum lectarum certum numerum exposcere coepit. quare Leo, consilio cum proceribus habito, Crumo significat, cum paucis quibusdam inermibus ad maris litus procedat; ipsos pariter inermes navi accessuros, collatoque mutuum sermone, quicquid ille peterat, id se praestituros. haec cum ita significassent, tres quosdam armatos noctu educentes, in Gallae aedibus ad Blachernarum portam ex

Βλαχερνῶν, δώσαντες αὐτοῖς σύσημον ὅτι διαλεγόμενων ἡμῶν
 μετὰ τοῦ Κρούμου, σημείον τι ἔχομεν ποιῆσαι, ὅπερ θεασάμενοι **D**
 ἐξέλθαιτε καὶ ἀποκτείνετε αὐτόν. καὶ τῇ ἐπαύριον ὄντων τῶν
 Βουλγάρων ἐπὶ τὸ μέρος τῶν ἁγίων Ἀναργύρων ἔξωθεν τῆς πό-
 5 λεως, κατήλθεν ὁ Κρούμος ἐπὶ τὴν θάλασσαν κατὰ τὴν συνταγὴν
 μετὰ ἄλλων τριῶν, τὸν λογοθέτην αὐτοῦ καὶ Κωνσταντῖνον τὸν
 λεγόμενον τοῦ Πατζικοῦ φυγόντος εἰς Βουλγαρίαν πρὸ πολλῶν
 ἐτῶν, ἔχοντα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὄντα ἐξ ἀδελφῆς τοῦ Κρούμου·
 οἵτινες τέσσαρες ἐξελθόντες ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῶν ἄοπλοι κατήλθον
 10 ἕως τῆς θαλάσσης κατὰ συνταγὴν, μὴ γινώσκοντες τὸ ἔνεδρον
 αὐτῶν. λοιπὸν δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθον μετὰ χελανδίου **P 408**
 βουλόμενοι συλλαλῆσαι μετὰ τοῦ Κρούμου, καὶ λαβόντες λόγον
 ἐξῆλθον τοῦ καραβίου· καὶ ἀποκαβαλικεύσας ὁ Κρούμος ἐκάθισεν
 ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ ὁ υἱὸς Κωνσταντῖνου στρω-
 15 μένον καὶ χαλινωμένον ἐκράτει. καὶ διαλεγόμενων αὐτῶν ἐποίη-
 σεν ὁ εἷς τῶν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σημεῖον, ὃς ἦν Ἐξαβούλης, τῇ
 χειρὶ τὴν κεφαλὴν ἐποσκεπάσας. ὃν ἰδὼν ὁ Κρούμος καὶ σκαν-
 δαλισθεὶς ἀνεπήδησεν· καὶ ἔχων ἔτοιμον τὸν ἵππον, σηκώσαντες
 αὐτόν οἱ μετ' αὐτοῦ, ἐκαβαλικεύσεν. καὶ ἀνέκραζεν ὁ λαὸς ἀπὸ
 20 τοῦ τείχους "ὁ σταυρὸς ἐνίκησεν." καὶ αὐτὸς ἤρξατο φεύγειν.
 καὶ ἐξελθόντες οἱ ἐνωπλισμένοι ἐκ τῶν δωματίων κατεδίωξαν ὀπίσω **B**
 τοῦ Κρούμου, καὶ ἀπολύσαντες αὐτῶν τὰ βέλη ὡς ᾤήθησαν ὅτι
 ἐπλήγωσαν αὐτόν, αὐτὸς δὲ μονώτατος ἔφυγεν εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ.
 οἱ δὲ ἄλλοι τρεῖς ἐπιιάσθησαν ὑπὸ τῶν ὄντων ἐν τῷ χελανδίῳ.

2 τινὰ P

insidiis collocarunt, data tessera ut interim conserto cum Crumo ser-
 mone aliquod signum ederent, quo conspecto ex insidiis egressi in Cru-
 mum impetum darent. postero die Bulgariis ad aedem sanctorum Anar-
 gyrorum extra civitatis portam considentibus, Crumus ex condicto cum
 aliis tribus (eius scilicet logotheta et Constantino Patzici nuncupato,
 qui ante annos plures in Bulgariam fugerat, ac quem ille filium ex Crumi
 sorore sustulerat) ad mare descendit. hi quattuor, a reliquo inermes
 abiuncti exercitu cum aliis tribus, ad mare usque, uti constitutum erat
 (quos laterent insidiae) venerunt. egressi pariter ex urbe lintre vecti,
 qui cum Crumo sermonem collaturi erant; acceptaque fide ex navicula
 exiit. Crumus equo desiliens humi resedit; equum sella frenisque in-
 structum tenebat filius Constantini. interea iis sermonem miscentibus,
 unus quis ex urbe signum dedit, Exabules scilicet, qua manu caput
 aperuit. animadvertit Crumus, rei que indicio offensus resiliit, iamque
 parato equo a sociis eVectus illo insedit. tum populus e muro clamare
 "vicit crux;" ac Crumus fugam arripuit. egressi ex aedibus qui armati
 latebant, retro insecuti sunt; missisque spiculis cum se eum vulnerasse
 putarent, ille ad suos incolumis evasit. alii tres capti sunt ab iis qui

καὶ ὁ μὲν λογοθέτης παρατὰ ἑσφάγη, Κωνσταντῖνος δὲ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ζῶντες ἐπιήσθησαν.

9. Λοιπὸν οὖν τούτων γενομένων θυμωθεὶς ὁ Κροῦμος ἐκέλευσε τῇ ἐπαύριον ἐμπυρῖσαι καὶ καταστρέψαι πάντα τόπον· καὶ ἀρξάμενοι ἐμπυρῖζειν κατέκαυσαν πάσας τὰς ἐκκλησίας τὰς 5 ἀντίπεραν τῆς πόλεως, μεγάλας οὔσας, ἃς ἀνεκαίνισαν Εἰρήνη καὶ Νικηφόρος καὶ Μιχαήλ· ὁμοίως καὶ τὰ μοναστήρια καὶ τὰ C παλάτια καὶ τοὺς οἴκους καὶ τὰ προύστεια. καὶ ἐλθόντες εἰς τὸν ἁγιον Μάμαντα ἐνεπύρισαν τὰ ἐκεῖσε παλάτια καὶ τοὺς βασιλικούς κοιτῶνας, καὶ τοὺς κίονας κατέκλασαν, καὶ τοὺς μολίβδους ἐπῆ- 10 ραν καὶ τὰ ζῶδια τοῦ ἵπποδρομίου, καὶ πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν κατέσφαξαν, ὁμοίως καὶ τὰ κτήνη. καὶ διελθόντες τὴν παραθαλασσίαν τοῦ Στενοῦ καὶ τὴν ἄνω πάντα τὰ ἐμπόρεια κατέκαυσαν, καὶ ἄφαντες σκῦλα πολλὰ ᾤχοντο. καὶ πιάσαντες τὸ δεξιὸν μέρος τῆς πόλεως πρὸς ἀνατολάς, κατέκαυσαν τὰ ἔξωθεν τῆς Χρυσῆς 15 πόρτης ἕως τοῦ Ῥιγίου. καὶ ἐλθόντες εἰς τὸν Ἀθύρα κατέστρεψαν τὸ ἐκεῖσε κάστρον καὶ τὴν γέφυραν παράξενον. οὔσαν καὶ πάνυ D ὀχυρωτάτην. καὶ ἐλθόντες εἰς Σηλυβρίαν κατέστρεψαν τὸ αὐτόθι κάστρον ἕως τοῦ ἐδάφους, καὶ τὰς ἐκκλησίας καὶ τοὺς οἴκους ἐνεπύρισαν. καὶ μετὰ τοῦτο τὸ Δαώνην κάστρον ὑπάρχον κατέστρε- 20 ψαν. καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν Ἡρακλείας, μὴ δυνάμενοι εἰς αὐτὴν ἐλθεῖν, ἐνεπύρισαν πάντα τὰ οἰκήματα τὰ ὄντα εἰς τὸν λιμένα καὶ τὰ περίξ τῆς αὐτῆς πόλεως. καὶ μετὰ τοῦτο ἐλθόντες εἰς Ῥαιδεστόν κατέστρεψαν καὶ τοῦτο τὸ κάστρον, ἐμπυρῖσαντες

in lintre erant. ex his logotheta statim iugulatus, Constantinus eiusque filius vivi capti sunt.

9. Iam itaque his ita gestis, furore accensus Crumus omnia loca in crastinum igni ferroque suos vastare praecepit. coeptoque incendio ecclesias omnes trans urbis portum, magnas sane ac superbo opere, quas Irene et Nicephorus atque Michael instauraverant, monasteria item et palatia aedesque alias ac suburbana igni devastarunt. ad S. Maman-tem pariter progressi his, quae ibi sunt, palatiis regisque ac sacris cubiculis ignem subiecerunt, ac columnas confregerunt. plumbi moles circique ambitum ornantes statuas sustulerunt. captivos omnes iugularunt; similiter quoque pecora peremerunt. hinc Steni littora superiorumque oram peragrantes navalia omnia succenderunt, ingentique portu praeda abierunt; dextraque civitatis parte occupata ad Orientem, quae sunt extra Chrysem portam ad Rigium usque combusserunt. Athyra cum venissent, quod illic est oppidum, rari quoque operis pontem, ipsumque longe firmissimum, everterunt. Selybriam profecti eius loci oppidum solo aequaverunt, ecclesiasque et domos incenderunt. exinde Daonem oppidum demoliti, Heracliam cum venissent nec civitatem ingredi potuissent, domos omnes ad littus positas, et quae urbi circumvicina sunt praedia locaque, combusserunt. postea Rhaedestum venientes, hoc

πάντα τὰ ἐν αὐτῷ οἰκήματα καὶ τὰς ἐκκλησίας καὶ κατασφάξαντες αὐτόθι λαὸν πολὺν. καὶ ἐλθόντες εἰς τὸ Πάνιον κάστρον εὗρον αὐτὸ ἠσφαλισμένον, ἔχοντα λαὸν πολὺν· καὶ μηδὲν ἰσχύσαντες εἰς αὐτό, τὰ ἔξω πάντα ἐμπυρίσαντες καὶ καταστρέψαντες ἀνῆλθον εἰς τὸν Ἄσπρον, κάστρον ὄν καὶ αὐτό, καὶ καταστρέψαντες καὶ P 409 τοῦτο καὶ ἐμπυρίσαντες, καὶ ἕτερα πλεῖστα κάστρα, κατῆλθον ἐκεῖθεν δι' ἡμερῶν δέκα, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὰ ὄρη τοῦ Γάνου· καὶ εὗρόντες ἐκεῖσε λαὸν πολὺν κρυπτόμενον καὶ σχεδὸν πάντα τὰ κτήνη τῆς Θράκης, κατέσφαξαν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰ κτήνη 10 ὄντα εἰς πλῆθος αἰχμαλωτεύσαντες ἀπέστειλαν εἰς Βουλγαρίαν, καὶ γυναικόπαιδα πολλά. καὶ λοιπὸν ἀπῆλθον καὶ εἰς τὸ Ἑξαμί- λην, καὶ κατῆλθον ἕως Ἄβυδον, καὶ ἀνέκαμψαν ἐπὶ τὸν Ἐβρον καὶ τὴν ἄνω, καὶ πάντα τὰ κάστρα κατέστρεψαν ἀπὸ μικροῦ ἕως B μεγάλου ἕως τῆς Ἀδριανουπόλεως. καὶ εὗρόντες τὴν Ἀδριανού- 15 πολιν κραταιουμένην παρεκάθισαν. καὶ ποιήσαντες ἡμέρας πολ- λὰς καὶ μηδὲν ἰσχύσαντες ἀπὸ τοῦ περικαθισμοῦ, στήσαντες μαγ- γανικὰ ἐπολέμουν τὸ κάστρον. καὶ δὴ στενωθέντες, μὴ ἔχοντες βοήθειάν ποθεν καὶ ἀποθνήσκοντες τοῦ λιμοῦ, παρέδωκαν ἑαυ- τούς. καὶ λαβόντες οἱ Βούλγαροι τὴν αἰχμαλωσίαν πᾶσαν εἰς 20 πλῆθος οὖσαν ἀναρίθμητον καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν, μετώκισαν αὐτοὺς εἰς Βουλγαρίαν ἐκεῖθεν τοῦ Ἰστρου ποταμοῦ. καὶ τούτων γινομένων ὁ Λέων τῆς πόλεως οὐκ ἐξῆλθεν, ἀλλ' C

3 ἔχον τι?

16 παρακαθισμοῦ?

quoque oppidum demoliti, cunctas in eo aedes ac ecclesias incenderunt, multamque ibi hominum turbam sustulerunt. Panium cum venissent, oppidum munitum invenerunt ingentique tutum praesidio militum; frustra- que eius tentatis moeniis, suburbanis omnibus igni ferroque vastatis, indeque Asprum versus, quod ipsum oppidum est, iter dirigentes, eo quoque aliisque pluribus oppidis eversis atque incensis, abhinc digressi decem circiter dies Gani montes intrarunt. illic latentis plebeculae in- numeram nacti multitudinem cunctaque fere Thraciae pecora, hominibus neci traditis, pecora puerosque ac mulieres ingenti turba captivos in Bulgariam misere. iamque adeo ad Hexamilium quoque transeuntes Abydum usque descenderunt; flexoque itinere Ebrum assecuti ac supe- riorem illi regionem, oppida omnia maiora pariter et minora Adriano- polim usque everterunt. Adrianopolim autem munitam cum invenissent, urbem obsederunt; protractaque dies non paucos obsidione, cum potiri civitate non possent, instructis machinis eam oppugnare coeperunt. et vero cives in angustias coacti, cum nulla auxilii spes usquam affulgeret diraque fames consumeret, hostibus deditionem fecere. Bulgari captivis omnibus acceptis, tanta multitudine ut et numerum vinceret, omnique illorum direpta suppellectili, in Bulgariam trans Istrum flumen procul de- portarunt. interea Leo, tantaque hostis grassatione, nec urbe egressus,

ἐκράτει τῆς βασιλείας τυραννικῶς. καὶ λοιπὸν φθασάντων τῶν
 ἑορτῶν ἔστεψεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ μικρὸν ὄντα καὶ ἐπονομαζόμενον
 Σαμβάτην, ἐψεύσατο λέγων ὅτι Κωνσταντῖνος καλεῖται· καὶ
 σωρεύσαντες τὸν περισωθέντα λαὸν ἐκ τῶν διαφόρων πόλεων,
 ἐρόγγυσεν αὐτούς, ποιήσας αὐτούς εὐφημησαι Λέοντα καὶ Κων- 5
 σταντῖνον, μιμούμενος τοὺς πρώην βασιλεύσαντας Λέοντα καὶ
 Κωνσταντῖνον τοὺς Ἰσαύρους, ὧν καὶ τὴν αἵρεσιν ἀνενεώσατο,
 βουλόμενος ζῆσαι ἔτη πολλὰ ὡς καὶ αὐτοὶ καὶ γενέσθαι περίφημος·
 οὗ τινὸς τὴν βουλήν ὁ θεὸς κατήσχυνεν, κέψας τοὺς χρόνους
 αὐτοῦ.

10

10. Καὶ δὴ λοιπὸν γεγονότος εὐδίου τοῦ ἀέρος τῷ χει-
 μῶνι, καὶ τῶν ποταμῶν μὴ ἔχόντων ὕδωρ πολὺ, ἐξῆλθον οἱ
 Βούλγαροι χιλιάδες ἢ ὀλοσίδηροι· καὶ ἔλθόντες ἕως Ἀρκαδιού-
 πολιν καὶ περάσαντες τὸν Ἐργίαν (ποταμὸς δὲ οὕτως ἐστὶν λεγό-
 μενος) ἤρπον λαὸν πολὺν καὶ ἠχμαλώτευσαν αὐτόν. καὶ πρὸ τοῦ 15
 περᾶσαι αὐτοὺς τὴν αἰχμαλωσίαν ἐγένετο ὑετὸς πολὺς ἡμέρας
 ὀκτώ, καὶ ὄγκωθεις ὁ ποταμὸς ἐγένετο ὡς θάλασσα. καὶ μὴ
 P 410 δυνάμενοι ἀντιπερᾶσαι οἱ Βούλγαροι ἔμειναν ἡμέρας ἰε', κατέχον-
 τες τὴν αἰχμαλωσίαν. καὶ μηνύσαντες τὸν Λέοντα τοῦ βοηθῆσαι,
 οὐ προσέσχεν, οὐδὲ τῆς πόλεως ἐξῆλθεν, οὐδὲ ἄλλους τινὰς ἀπέ- 20
 στείλειεν πρὸς βοήθειαν. καὶ λοιπὸν γενομένης εὐδίας καὶ τοῦ πο-
 ταμοῦ ἐλαττωθέντος, αὐτοὺς τοὺς αἰχμαλώτους παρεσκεύασαν

3 ὃν ἐψεύσατο?

11 ἡμέρας P

tyrannice imperium tenebat. cumque iam festa venissent Nataliciorum-
 que solennis, filium suum adhuc pusillum Sammatem nomine, quem falso
 Constantinum vocari aiebat, corona Augustali donavit; collectisque ex
 diversis urbibus qui cladi superstites essent manipulis, erogata eis pe-
 cunia, faustis acclamationibus votisque Leonem ac Constantinum pro-
 sequi iussit, illos imitatus qui nuper imperium gessissent, Leonem et
 Constantinum Isauros, quorum etiam haeresis instaurator fuit, dum velut
 illi, longaevos sibi imperii annos auguratus, ingentem nominis claritatem
 ambit; cuius tamen deus consilium in angustum coactis ipsius annis con-
 fudit.

10. Ceterum sudo hiemis tempestate aëre, hincque adeo fluviatili-
 bus aquis subsidentibus, facta Bulgarorum ad triginta milia cataphra-
 ctorum excursio; venientesque Arcadiopolim, ac superato Rigio (hoc
 nimirum fluvii nomen) inventam ingentem hominum multitudinem sub
 iugum miserunt. necdum vero transmissis captivis, ingenti imbriam vi
 in dies octo sic fluminis aquae intumuerunt, ut maris prope vastitatem
 aequare viderentur. cumque inde permeari non posset, dies quindecim
 in stativis captivos tenuerunt. rogata illis frustra a Leone auxilia: nam
 nec animum attendit, nec urbe ipse prodiit, nec qui suppetias irent ullos
 alios misit. iamque adeo facto sereno atque flumine intra aiveum com-
 presso, ipsosmet captivos ligna caedere ac pontem struere coegerunt;

κόψαι ξυλήν καὶ ποιῆσαι γέφυραν, καὶ οὕτως ἐπέρασαν μετὰ τῆς αἰχμαλωσίας ὄντων ὁμοῦ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παιδίων χιλιάδες ν'. λαβόντες καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, Ἀρμενικὰ στραγλομαλωτήρια καὶ νακοτάπητα ἀνώτερα καὶ ἱματισμὸν πολὺν 5 καὶ χαλκώματα, ἐφόρτωσαν πάντα εἰς τὰς ἀμάξας, καὶ λαβόντες Β πάσας τὰς ἀγέλας αὐτῶν βόας καὶ πρόβια εἰσῆλθον εἰς Βουλγαρίαν. καὶ ὁ ἀδίκως βασιλεύσας κατὰ παραχώρησιν Θεοῦ οὔτε αὐτὸς ἐξῆλθεν τῆς πόλεως πρὸς βοήθειαν τῆς αἰχμαλωσίας οὔτε ἄλλους ἀπέστειλεν.

10 11. Λοιπὸν οὖν μετὰ ταῦτα ἀνηγγέλη αὐτῶν λεγόντων ὅτι ὁ Κροῦμος ἐστράτευσεν λαὸν πολὺν συναθροίσας καὶ τοὺς Ἀβά- ρεις καὶ πάσας τὰς Σκλαβινίας· πρὸς δὲ τούτοις παρασκευάζει διαφόρων ἐλεπόλεων ὄργανά τε καὶ μηχανήματα καὶ μαγγανικὰ 15 παμμεγεθέστατα, τριβόλους καὶ πετροβόλους καὶ χελώνας καὶ C ὑψηλοὺς κλίμακας, σφαίρας τε καὶ μοχλοὺς καὶ ὄρυγας, κριούς τε καὶ βελοστάσεις, πυρόβολά τε καὶ λιθόβολα καὶ σκορπίδια εἰς τὸ βαλέσθαι βέλη καὶ σφενδόνας, πάντα τὰ μηχανήματα κατὰ τῶν ἐπάλξεων πρὸς τὸ ἐλεῖν τὴν πόλιν. ἐπὶ τὸ δυτικὸν δὲ μέρος, φησὶν, τῆς πόλεως κατὰ τοῦ τείχους τῶν Βλαχερνῶν ταῦτα πάντα βούλε- 20 ται προσαγαγεῖν τὰ μηχανήματα, ἔνθα καὶ ἐτοξεύθη, σταβλίζων βόας χιλιάδας δέκα πρὸς τὸ βαστάξαι πάντα τὰ προλεχθέντα ὄ- ργανα, τεθέντα ἐπὶ ἀμαξῶν, ἃς προσέταξεν χιλιάδας ε' σιδηροδε- θέντας. ταῦτα ἀκούσας Λέων, πέμψας τε κατασκόπους καὶ μα- D

10 ἀντῶ?

inque hunc modum cum iisdem, ad quinquaginta circiter milia, virorum mulierum ac puerorum, omnem transmiserunt; omnemque eorum substantiam, Armeniacas vestes stragulas, grandesque acu pictos tapetes ac vestimentorum multam suppellectilem, vasaque aenea, cuncta curribus imposita; omnes denique greges et armenta, bovesque et oves, con- vixerunt; hacque ditati praeda in Bulgariam intrarunt. nec qui dei indulgentia inique sceptrum moderabatur, aut ipse opem laturus captivis egressus est, aut qui ferrent alios ullos destinavit.

11. Iam igitur perlatus ad Leonem rumor, ingentem Crumum con- flare exercitum, Avarisque et Sclabinorum copias omnes adlegisse; ad haec, instrumenta atque machinas tormentaue expugnandis urbibus com- parata omnis generis struere, ingentia sane illa; tribulosque seu murices et testudines, altas scalas, globos, vectes, ligones vasaque fossoria, arietes, balistas, ignea iacula, petrarias, scorpiones mittendis iaculis ac fundas; quicquid denique machinarum quatiendis eruendisque turribus ac propugnaculis ad urbis excidium adhiberi queat, ad urbis occidentem par- tem murosque Blachernarum visum illi adhibere omnia, ubi et telo pe- titus fuerat. boum decem milia cunctis his convehendis stabulari; cur- rus ferro vincti iussi fieri, ad quinque milia. Leo hostis apparatu au-

θῶν τὴν ἀλήθειαν, συναθροίσας λαὸν πολὺν καὶ τεχνίτας ἤρξατο κτίζειν ἕτερον τεῖχος ἔξωθεν τοῦ τείχους τῶν Βλαχερνῶν, κόψας καὶ τὴν σοῦδαν πλατεῖαν. καὶ ἀρξάμενος κτίζειν, μήπω τελέσας, ἵνα δείξῃ ὁ θεὸς ὁ διασκεδάζων βουλὰς ἐθνῶν, ἀθετῶν λογισμοὺς λαῶν καὶ ἀθετῶν βουλὰς ἀρχόντων, ὅτι οὐκ ἐν τῇ μηχανίᾳ καὶ τῇ ἰσχυί αὐτῶν οἱ ἄνθρωποι δύνανται τι ποιῆσαι, οὐπω τοῦ ἔαρος καταλαβόντες, ὡς φασί τινες διασωθέντες τῆς αἰχμαλωσίας ἀπὸ Βουλγαρίας, περὶ τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ τοῦ πάσχα ὁ πρῶτος Βουλγαρίας ὁ Κροῦμος, ὁ περίφημος, ὁ τὴν πόλιν ἐλεῖν βουλόμενος, P 411 τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο ἀοράτως σφαγιασθεὶς· ὃς καὶ ἐξήγαγεν 10 αἱμάτων ὄχετους διὰ τε τοῦ στόματος καὶ τῶν ῥινῶν καὶ τῶν ὠτῶν αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἀπέρρηξεν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν κακοῖς.

12. Ἐπαρθεὶς τοίνυν τῷ φρονήματι ὁ Λέων, ὅτι αὐτὸς κατέβαλε τὸν πολέμιον, οὐχὶ θεός, ἔπεμψεν εἰς πάσας τὰς χώρας σάκρας, ἀναγγέλλων ὅτι εὔρον τοὺς Βουλγάρους ἐγγὺς ὄντας τῆς 15 πόλεως, καὶ διὰ τῆς φρονήσεως καὶ ἀνδρίας καὶ διὰ τῆς ἀγωγῆς μου τοξεύσας τὸν πρῶτον αὐτῶν πάντας ἀπώλεσα· ὅστις καὶ διὰ τὴν πρόφασιν ταύτην ἀποθνήσκει, φησὶν, ὁ ἐχθρὸς ἡμῶν. καὶ B ταῦτα μὲν περὶ τούτου· (13) λέγεται δὲ καὶ φωνὴν οὐρανόθεν ῥαγῆναι αὐθωρόν, τὴν τοῦ ἀθέου βασιλέως κατάλυσιν εὐαγγελι- 20 ζομένην, καὶ πολλοῖς πλέουσιν ἀκουστὴν γενέσθαι· ἧς τὸν καιρὸν

5 εὐμηχανία?

dito, missisque exploratoribus ac veritate comperta, ingentibus conductis copiis ac artificum turba, extra Blachernarum murum murum aliam aedificare coepit, vallumque latum excisum opposuit. iamque coepto solummodo opere ac necdum peracto, deus, qui dissipat consilia gentium et reprobatur cogitationes populorum reprobaturque consilia principum (Ps. 82 10), ut ostenderet nihil quemquam invare ad aliquid praestandum industriam propriam ac potentiam, necdum vere exorto, ut quorundam a Bulgarica captivitate receptorum relatu compertum est, magna scilicet Quinta, Bulgariae princeps, clarissimus Crumus, qui capiendam urbem animo destinaverat, invisibili dei potentia mactatus fati concessit, sanguinis rivos ore naribus auribusque profundens; atque in eum modum animam in malis abruptit.

12. Eo successu animo elatus Leo, ac si ipse, non deus, hostem profligasset, destinatis in omnes urbes ac provincias divalibus literis in haec verba scribit. "Bulgaros offendi iam urbi imminentes, meaque solertia et robore, facta denique impressione, eo telis confosso qui inter eos primus ac princeps erat, omnes internecione delevi; eoque vulnere" inquit "hostis noster occumbit." atque haec hactenus. (13) aiunt vocem caelitus missam mox erupisse, impii regis mortis nuntiam, ipsamque non paucis navigantibus auditam; signatoque tempore et hora, cum hora

καὶ τὴν ὥραν ἀπογραφάμενοι (ἦν γὰρ δεκάτη ὥρα τῆς νυκτός) ἐσχάτως εὔρον τὴν ἀλήθειαν.

14. Ὅμως τὸν Μιχαὴλ εἰρκτὴ καὶ δεσμὰ εἶχον· καὶ ἐπεὶ ἐβούλετο αὐτὸν μετὰ τὴν ἑορτὴν τῶν Χριστοῦ γέννων ἀνελεῖν, δη-
 5 λοῖ ὁ Μιχαὴλ τοῖς συμβούλοις, μεθ' ὧν ἦν καὶ ὁ τοῦ παλατίου
 παπίας, ὡς εἰ μὴ σπουδάσητε ἐξελεῖν με τῆς φρουρᾶς, πάντας
 ἡμᾶς καταμηνύω τῷ βασιλεῖ. οἱ δὲ συναχθέντες καὶ φελόνια ὡς Ὁ
 ἱερεῖς φορέσαντες, καὶ ἔνδοθεν τὰ ξίφη φοροῦντες, ἐπεὶ τὸ πα-
 λάτιον ἀνεώχθη καὶ ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ναὸν εἰσῆλθεν, αὐτοὶ
 10 εἰσπηδήσαντες τοῦτον μεληδὸν κατέκοψαν καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν
 τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἔχωσαν. καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ λύουσι τῶν δεσμῶν
 τὸν Μιχαὴλ, καὶ εἰσάγουσιν ἐν τῇ ἑορτῇ ἀντὶ δεσμοφόρου στεφη-
 φόρον. καὶ ἐπληρώθη τὸ προφητικὸν τὸ “ἐσπέρας ἀνλισθήσεται
 κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωῖ ἀγαλλίασις.” τὴν τε γαμετὴν αὐτοῦ
 15 ἐν τῇ τῶν Δεσποτῶν μονῇ ἀπαγαγεῖν· Συμβατίῳ δὲ τῷ υἱῷ τῷ
 κατὰ τὸ στέψιμον μετονομασθέντι Κωνσταντῖνον, καὶ τοῖς λοι-
 ποῖς, Βασιλείῳ τε καὶ Γρηγορίῳ ἅμα Θεοδοσίῳ, ἐν τῇ Πρώτῃ
 νήσῳ ἀποκείραντες μοναστὰς πεποιήκασιν. ἔνθα καὶ Κωνσταντῖ- D
 νος μετονομασθεὶς Βασίλειος, ἀφωνία συσχεθεὶς μετὰ τὸ τὰ γό-
 20 νιμα τῶν μορίων ἀφαιρεθῆναι, ἐδέετο μὲν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ
 Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐκεῖσε ἀνεστηλωμένου, τὴν ἑαυτοῦ λυθῆ-
 ναι φωνὴν καὶ τὴν γλῶτταν τὸ εὔηχον ἀπολαβεῖν. ὄθεν καὶ εἰση-

4 τῶν] τὴν τοῦ P: cf. p. 454 b

15 ἀπάγαγον?

noctis decima ageretur, qui observarunt, sic tandem se rem habuisse invenerunt.

14. Ceterum Michael in carcere ac vinculis tenebatur. quodque Leoni constitutum erat ut statim peractis Christi nataliciorum solenniis illi necem inferret, mandat Michael coniuratis, e quorum numero ipse palatii papias, in haec verba, “nisi quam cito me e carcere liberaveritis, ad unum omnes deferam imperatori.” congregati itaque, ac casulas sacerdotum more induti subque illis gladios occultantes, quod apertae fores palatii essent, ingresso in templum imperatore insipientes frustratim ipsum conciderunt, ac cadaver in Prote insula condiderunt. ipsaque hora solutum vinculis Michaellem inter solennia inducunt, pro victo infulis coronatum. sicque illud scripturae (Ps. 29 6) impletum est, “ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum exsultatio.” Leonis uxor in monasterium adducta, quod vocant Dominarum: Symbatium filium, ab inauguratione dictum Constantinum, cum reliquis, Basilio scilicet et Gregorio nec non Theodosio, positis crinibus monachorum ordini addixerunt. ubi et Constantinus Basili auctus nomine, una cum virilibus etiam vocis usu amisso, deum rogabat ac Gregorium theologum, cuius illic erecta erat effigies, ut soluta voce linguam sonoram reciperet.

κούσθη. κατὰ γὰρ τὴν τῶν φώτων πανήγυριν ὄρᾳ τὸν θεῖον ἐκεῖνον χαρακτῆρα, "τὸν κηρὸν" λέγοντα "λαβὼν ἀνύγνωθι." ὁ δὲ ἀδιστακτικῶς εἰσελθὼν ἀνέγνω λαμπρᾷ καὶ καθαρᾷ τῇ φωνῇ "πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς." ἔκτοτε οὖν τὴν πατροπαράδοτον αὐτοῦ βδέλυξάμενος αἴρεισιν τὰς τῶν ἁγίων ἰδέας ἐτίμα καὶ περιεπτύσσετο. 5 ἄλλα ταῦτα μὲν ὕστερον.

P 412 **Κ**όσμου ἔτος ,στιδ', τῆς θείας σαρκώσεως ἔτος ωιδ', Ῥωμαίων
 B βασιλεὺς Μιχαὴλ Ἀμοραῖος ὁ Τραυλὸς καὶ εἰκονομάχος ἔτη ἡ
 μῆνας θ'. οὗτος Εὐφροσύνην τὴν θυγατέρα Κωνσταντίνου τοῦ
 τυφλωθέντος, τὸν μονήρη βίον προσηκαμένην, εἰς γαμετὴν ἠγά- 10
 γετο. ὃς μικρὸν τι τῆς προκατασχούσης κακίας ὑπενδούς, ὅσον
 τοὺς ἐν εἰρκταῖς καὶ ἔξορταῖς ἐλευθερίαν καὶ ἄνεσιν θνείρωδῶς
 φαντάζεσθαι, τὸ τοῦ προηγουμένου δυσσεβοῦς ὑπέθαλπε θεοστυ-
 γῆς φρόνημα· ὁμοίως γὰρ τῷ αὐτῷ περιεπάρη τῆς δεινῆς αἰρέσεως
 ἀγκίστρω ἔξ ἀκροτάτης ἀλογίας καὶ ἀπαιδευσίας. ὅθεν ἐπὶ σελεν- 15
 τίου ἔφη "οἱ μὲν πρὸ ἡμῶν ἐρευνησάμενοι τὸν ἐκκλησιαστικὸν
 C θεσμὸν τῶν δογμάτων τὸν περὶ αὐτῶν εἰσπραχθήσονται λόγον, εἰ
 καλῶς ἢ κακῶς ἐθέπισαν. ἐν ᾧ τὴν ἐκκλησίαν εὖρομεν βαδίζου-
 σιν, ἐν τούτῳ καὶ διαφυλάττειν προκρίνομεν. τὸ γὰρ τιμᾶν τὰς
 εἰκόνας καὶ μὴ τιμᾶν ἀδιάφορον ἔστιν κατὰ τὸ αὐτό." κατὰ τὸν 20

4 τὴν] αὐτὴν P

unde etiam exauditus est. die enim festo luminum videt divinam illam
 cera fusam imaginem ita affantem, "surge, lege." in quae verba, omni
 semota dubitatione, clara limpidaque voce ingressus legit, "iterum Iesus
 meus." exinde itaque quam a maioribus hauserat, execratus haeresim,
 sanctorum imagines colebat ac amplexabatur. verum haec postea.

Mundi annus 6314, divinae incarnationis annus 814; Romanorum im-
 perator Michael Balbus, iconomachus, annos 8, menses 9. hic Euphro-
 synam, Constantini eius qui matris imperio caecatus fuit filiam, sancti-
 monialis institutum professam uxorem duxit. parum aliquid de malitia,
 quae ante obtinuerat, remittens (hactenus scilicet, ut qui clausi erga-
 stulis vel exsilio relegati erant, velut visu nocturno ac insomnio liberta-
 tem factamque aliquam remissionem ac indutias animo cogitarent) impij
 decessoris sui deo exosum sensum opinionemque subocculte fovebat. nam
 et ipse ex summo stupore ac inscitia pari nequissimae haeresis unco
 adactus est. unde solenni conventu habito, "qui ante nos" inquit "eccle-
 siasticorum dogmatum scita scrutati sunt, ex illis exigenda ratio est,
 num bene an male sanxerint. nos autem, in quo ecclesiam ambulantes
 invenimus, in eo et servare potius ducimus. colere enim aut non co-
 lere imagines perinde indifferens sit ac cuique liberum." eo tempore

καιρὸν τοῦτον τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον κατεῖχεν Ἀντώνιος ὁ τοῦ Συλαίου, τῆς προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων ἀλλότριος.

2. Ἐπὶ τούτοις στέφει Μιχαὴλ Θεόφιλον τὸν ἐξ Εὐφροσύνης υἱὸν αὐτοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Θωμᾶς δὲ ὁ ἀντάρτης ἐκ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν ἀπάρας, λαόν τε καὶ ἀγυρωτάδῃ καὶ ἐπίμικτον ἐπισυρόμενος, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἐκίνησεν, τῆς βασιλείας παρ' ἀξίαν ἐφιέμενος. Ῥωμαῖος γὰρ ὢν καὶ ἀφανῆς πρὸς Συρίαν ἀφίκετο, καὶ Κωνσταντῖνον ἑαυτὸν μετονομάσας υἱὸν Εἰρήνης τῆς βασιλίσσης ἔλεγεν· κἀντεῦθεν πολλοὺς ἀπατήσας βαρβάρων τε 10 καὶ Ῥωμαίους, καὶ πλῆθος ἄπειρον συναθροίσας, μεγαλαυχῶν τῷ πλήθει ἐπήει τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ ταύτην ἐπὶ τρεῖς χρόνους πορθήσας, ἐπεὶ τὰς ναῦς αὐτοῦ εἶδεν πυρὶ καυθείσας καὶ τοὺς λογάδας τῶν πολεμίων ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀπολωλότας, ἀμηχανία ληφθεὶς, τὴν πόλιν καταλιπὼν ἐπὶ τὴν Θράκην χωρεῖ, ταύ- P 413
15 τὴν ληϊζόμενος. ὁ δὲ Μιχαὴλ τῆς πόλεως ἐξελθὼν μετὰ πλείστης δυνάμεως πρὸς αὐτὸν ἐξώρμησε, καὶ δὴ παρακαθίσας βραχὺν τινα καιρὸν τοῦτον ἀμογητὶ ἐχειρώσατο· ἀκρωτηριάσας τε αὐτὸν χεῖρας καὶ πόδας, εἶτα καὶ ἀνασκυλοπίσας, κατέπαυσε τὸν ἐν τρισὶ χρό-
νοις ἐμφύλιον γενόμενον πόλεμον.

3. Ἐν τούτοις τοῦ Μιχαὴλ ἐνασχολουμένου Κρήτη καὶ Σικελία καὶ αἱ Κυκλάδες νῆσοι τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐξ Ἀφρικῶν τε καὶ Ἀράβων περιηρέθησαν, λαβόντος ἀρχὴν ἄρτι πρῶτον διὰ τὰς τοῦ λαοῦ ἁμαρτίας καὶ τὴν τῶν κρατούντων δυσσέβειαν.

1 τὸν om P

summi sacerdotii arcem tenebat Antenius Sylael, qui a sacrarum imagi-
num cultu abhorrebat.

2. Interea Theophilum filium suum ex Euphrosyna augustali corona donat in magna ecclesia. Thomas vero arrepta tyrannide ex Orientalibus partibus profectus, confusaneae commixtaeque turbae exercitu fretus, adversus Byzantium cum exercitu venit; immerito sane imperii desiderio ebrius. Romanus enim cum esset et homo obscurus, in Syriam profectus erat, inditoque sibi Constantini nomine Irenes Augustae filium sese dictitabat; qua fraude multos barbaros Romanosque decipit. innumera itaque collecta multitudine, eaque glorians, Cpolim invadit atque annos tres expugnat ac diripit. at ubi suam classem igni succensam fortissimosque suorum a civibus interfectos vidit, consilii inops, relicta urbe, praedas agens in Thraciam concedit. Michael vero urbe egressus cum ingentibus copiis in eum eduxit, atque ad breve tempus obsidens nullo negotio in potestatem rededit; praecisisque manibus atque pedibus, ac tum palo affigens, civile trium annorum bellum consopivit.

3. Inter hos tumultus, hisceque curis distento Michael, Creta Sicilia et Cyclades ab imperio Romano ab Afris et Arabibus rescissae sunt, cum iam ex populi peccatis ac principum impietate defectio ha-

B τῶν δὲ πραγμάτων οὕτως ἐχόντων προσκαλεῖται ὁ βασιλεὺς Ἰρη-
ναῖον τὸν μάγιστρον, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν "συγγαίρω σοι, μά-
γιστρε, ὅτι ἡ Σικελία ἐμούλτευσεν." ὁ δὲ ἔφη "τοῦτο ξένον χαρᾶς
ἔστί, δέσποτα." καὶ στραφεὶς πρὸς τινα τῶν μεγάλων ἔφη

ἀρχὴ κακῶν γε πεσεῖται τῇ χθονί,
ὅταν κατάρξῃ τῆς Βαβυλῶνος δράκων
δύσγλωσσος ἄρδην καὶ φιλόχρυσος λίαν.

5

(4) ὁ γὰρ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸς Ἀπόχατ τῷ τῆς Κρήτης ἀκρωτη-
ρίῳ προσέβαλε καὶ προσωρμίσθη τῷ Χάρακι, ὀρίσας τὸν ὑπ' αὐτὸν
λαὸν καταλιπεῖν τὰς ναῦς αὐτῶν καὶ τὴν χώραν ληΐζεσθαι. τοῦ δὲ 10

C στρατοῦ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐγχείρησιν ἀποκινήσαντος προστάξας
τὰς ναῦς αὐτῶν ἐπυρπόλησεν. καταγογγυζόντων δὲ αὐτῶν περὶ
τούτου ἔφη πρὸς αὐτοὺς ὅτι τῇ προτεραία κατεγογγύζετέ μου, ὦ
ἄνδρες, ζητοῦντες χώραν εἰς κατοικίαν, καὶ διὰ τοῦτο ἤγαγον
ὑμᾶς ἐνταυθοῖ, ἐν ᾧ γάλακτος καὶ μέλιτος ἔστιν ἀπορρώξ." οἱ 15
δὲ ἀντεῖπον αὐτῷ "καὶ ποῦ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἡμῶν εὐρή-
σομεν;" ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς "ἴστε ὅτι αἰχμαλωσίαν πλείστην ἐαυ-
τοῖς ἠνέγκατε· ἐκ ταύτης οὖν γυναῖκας ὑμῖν ἀρμόσασθε." καὶ
ἤρεσεν αὐτοῖς τοῦτο, καὶ χάρακα περιέθεντο πρὸς ὀχυρώματα·

D ἀφ' οὗ ὁ τόπος Χάραξ μέχρι τῆς δεῦρο προσονομάζεται. μονα- 20
στής δὲ τις μετέπειτα τῇ νήσῳ προσφοιτήσας ἔφη αὐτοῖς ὅτι εἴπερ
ἐθέλοιτε καταδυναστεῦσαι τῆς νήσου, ἀκολουθήσατέ μοι, καὶ ὅπου

19 καὶ σκώλωψ πυκνός, χάρακα P

buisset exordium. sic autem se rebus habentibus, accersito imperator
Irenaeo magistro, ait illi "congratulator tibi, magister, quod Sicilia
rebellavit." ad quem ille "procul est, domine, ut gratulandum sit eo
nomine;" conversusque ad quendam procerum ait

hoc initium malorum telluri accidet,
rerum potietur cum Babylonius draco,
linguae impeditae et auri sitientissimus.

(4) Agarenorum enim dux Aporchat, ad Cretae promontorium, cui
Charax nomen, appulsa classe castra posuit, iubens ut relictis na-
vibus, quos duxerat milites, omnes regionem praedatum direptum-
que irent. copiis autem in praedas effusis eorum naves succendi
iussit. cuius rei causa murmurantibus, ait "vos ipsi nudinstertius, o
viri, murmurantes coloniam ducere quaerebatis. in eam rem vos ego
huc loci adduxi, ubi tellus lacte ac melle fluit." at illi "ubinam vero
liberos nostros uxoresque inveniemus?" quibus ille "scitis plurima vos
spolia ac captivos tulisse. ex illis mulieres in sponsas vobis adiungite."
placuit omnibus consilium; crebroque circumquaque vallo locum manie-
runt: χάρακα Graeci dicunt. ex quo factum est ut et locus hactenus
Charax nominetur. postea vero monachus quidam in insulam devectus
infit illis "siquidem hoc vobis constitutum est, sicque animis sedet ut
plene insula potiamini, mihi vos adiungimini comites, ac ubi locum ex-

ἂν στοχασάμενος παραδείξω ὑμῖν ἐπιτηδειότητα κτίσεως, ἐκεῖσε
 πόλιν οἰκοδομήσατε, δι' ἧς τῆς νήσου ἔξουσιάσητε. καὶ ἀπήγα-
 γεν αὐτοὺς εἰς τόπον καλούμενον Χάνδακα, ἐν ᾧ ἡ πόλις τούτων
 καθίδρυσται, καὶ ταύτην κυκλόθεν ἐτάφρευσαν. καὶ ἑννεήκοντα
 5 πόλεις κρατήσαντες ἠνδραποδίσαντο, μιᾶς μονῆς μὴ ἄλωθείσης
 ἀλλ' ἢ λόγῳ ἀπολιορκήτου μεινάσης, τῶν οἰκητόρων αὐτῆς σὺν
 ἑλευθερίᾳ ποιεῖν τὰ Χριστιανῶν συγκεχωρημένων· οἳ μέχρι τοῦ
 νῦν ὑπολόγιοι κέκληνται. καὶ δὴ ἂν ὑπὸ Ἀγαρηνῶν κατεκράτηντο P 414
 αἱ νῆσοι, εἰ μὴ Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς Κρατερῶ τῷ τῶν Κιβυρραιω-
 10 τῶν στρατηγῷ ἐνετείλατο πάσας τὰς ὑπ' αὐτῷ ναῦς ἐτοιμάσαι καὶ
 ἀπαῖραι εἰς Κρήτην· ὃς σὺν διακοσίαις ναυσὶ παραγενόμενος αὐτὰς
 ἠλευθέρωσε, καὶ ἐν τῇ Κρήτῃ ἀπάρας τῶν ἐκεῖσε Ἀγαρηνῶν πάν-
 των κατεκυρίευσεν, καὶ ἀναιρήσειν βεβούλευτο, εἰ μὴ τινες τοῦ
 λαοῦ κακῶς φρονοῦντες τοῦτο ἐκάλυσαν, εἰρηκότες ὡς οὐδαμῶς
 15 ἐν νυκτὶ οὗτοι πρὸς ἡμᾶς ἀντιτάξοιντο, τῷ δὲ πρῶτῳ κατάσχωμεν
 αὐτούς. καὶ δὴ φρεναπατηθέντες τοῖς τούτων λόγοις πρὸς τὰς
 σκηνὰς αὐτῶν ἐπανέλυσαν, μηδαμῶς τῆς σωτηρίας αὐτῶν πεφρον- B
 τικότες. τῆς δὲ νυκτὸς ἐπελθόντες οἱ ἐχθροὶ σιδήρειον ὕπνον
 τούτοις πᾶσιν ἐπήγαγον, μόνου τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν ἐμπορικῶ
 20 ἐπιβάντος πλοίῳ καὶ ἀποπλεύσαντος. ὃπερ μαθὼν ὁ τῶν Ἀγαρη-
 νῶν ἀρχηγὸς δυσὶν ὀλκάσιν ἐπεβίβασε καὶ κατεδίωξεν ὀπισθεν, καὶ
 πρὸς τὴν νῆσον τὴν Κῶ τοῦτον κατέσχευεν, καὶ ἐν αὐτῇ τοῦτον ἀνε-
 σκολόπισεν. εἶτα ὁ Ὀρύφας τὸ ἐπώνυμον προστάξει βασιλέως

struendae urbis commodum monstravero, ibi aedificate, unde imperium
 vestrum tota late insula proferatis." duxit itaque in locum Chandax
 nomine, ubi eorum sita civitas est, eamque vallo undique munierunt;
 captisque nonaginta urbibus, in servitutem omnes addixerunt, una dun-
 taxat non expugnata atque direpta, quae accepta fide, deditioe facta,
 ritu Christiano vivendi liberam facultatem accepit. hactenus Graeca
 voce ὑπολόγιοι audiunt, ac si dicas spontanea deditioe in fidem ac-
 cepti. ac sane Agarenorum ditionis mansissent insulae, nisi Michael
 Cratero Cibirrhacotarum duci iussisset ut omni instructa classe in Cre-
 tam vela daret. ducentarum igitur navium classe invectus eas vendica-
 vit; Cretamque profectus, omnium in ea Agarenorum potitus, hostes
 neci dare constituerat, nisi militum quidam haud sano satis consilio in-
 tercessissent; qui dicerent nullam eos noctu impressionem facturos: mane
 tenendos ac capiendos fore. horum itaque dementati sermonibus, suae
 salutis neglecta cura, in tabernacula sese receperunt. noctu autem ir-
 ruentes hostium canei illis omnibus ferreum somnum immiserunt. solus
 eorum dux Craterus mercatorio usus navigio fuga salutem tentavit. id
 vero ut comperit Agarenorum dux, imposita duobus ratibus militum
 manu fugacem insequi iussit. hi porro in Co insula eum assecuti, in
 crucem agentes, e vivis sustulerunt. post haec Oryphas (hoc viro no-

συναθροίξει ναυτικὸν στρατολόγημα· οἷς ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυ-
 σίου ἐπιδοῦς·νν, ὀλκάσι τε ἐπιβάντες καὶ ἐπὶ Κρήτης στρατεύσαν-
 τες ἄπρακτοι ἐκ τοῦ πολέμου ὑπεχώρησαν, οἱ πλείους ἐκεῖσε κα-
 C τασφαγέτες· ὧν καὶ τοὺς ἀπολειφθέντας τεσσαρακονταρίους ὠνό-
 μασαν. ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ Κύριλλος ὁ θαυματουργὸς ἐπίσκοπος ὁ
 Γορτύνης ταύτης τῆς νήσου ὑπὲρ Χριστοῦ, ἄμωμον ὡς ἱερεῖον,
 ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐσφαγίαστο, οὗ τὸ τίμιον αἷμα μέχρι τῆς
 δεῦρο ἀναβλύζον θαύματα ἀπεργάζεται.

Καὶ τοῦτον μὲν οὗτος εἶχε τὸν τρόπον· ὁ δὲ δυσσεβῆς Μι-
 χαήλ ἐκ τῆς δυσουρίας ἀρρώστησας χαλεπῶς καὶ τῆς τῶν νεφρῶν 10
 ἀλγηδόνης κακῶς ἀπηλλάγη τοῦ ζῆν. τὸ δὲ δύστηνον αὐτοῦ σῶμα
 ἀποκομισθὲν ἀπέθετο ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· Θεόφιλος
 D δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ μετὰ τῆς μητρὸς αὐτῷ Εὐφροσύνης τῆς βασιλείας
 ἐκράτησεν.

Κόσμου ἔτος 574, τῆς θείας σαρκώσεως ἔτος 94, Ῥωμαίων
 βασιλεὺς Θεόφιλος ὁ υἱὸς Μιχαήλ τοῦ Τραυλοῦ, εἰκονομάχος,
 P 415 ἔτη 18. τῆς δὲ μητρὸς αὐτοῦ Εὐφροσύνης βουληθείσης δοῦναι
 αὐτῷ γυναῖκα, ἄγει κόρας διαφόρους ἀσυγκρίτους τῷ κάλλει, μεθ'
 ὧν μία τις ἐξ αὐτῶν κόρη ὠραιότατη ὑπῆρχεν Εἰκασία λεγομένη
 καὶ ἑτέρα Θεοδώρα ὀνομαζομένη. τούτῳ δοῦσα ἡ μήτηρ χρυσοῦν 20
 μῆλον εἶπεν δοῦναι τῇ ἀρεσάσῃ αὐτῷ. ὁ δὲ βασιλεὺς Θεόφιλος

12 ἀπετίθετο?
 Combef.

13 Scylitzes et Cedrenus melius μητρονιάς.

men) imperatoris iussu, navali coacto exercitu, in singulos quadraginta aureos distribuit, atque navibus imponit; profectique Cretam re infecta reversi sunt; plerique etiam illic desiderati, qui et Quadragenarii dicti sunt. in ea insula Cyrillus Gortynae eius insulae civitatis episcopus, vir miraculorum patrator, velut immaculata hostia pro Christo ab Agarenis immolatus est; cuius pretiosus sanguis hactenus ebulliens miracula facit.

Ac sic quidem ille. impius autem Michael urinae difficultate graviter aegrotans renumque doloribus excruciatu male vitam finivit. eius miserum funus elatum in sanctorum apostolorum aede conditum est, Theophilus vero eius filius cum matre Euphrosyna imperio potitus.

Mundi annus 6323, divinae incarnationis 823, Romanorum imperator Theophilus Michaelis Balbi filius iconomachus, annos 12. eius mater Euphrosyna volens ei coniugem iungere, plures incomparabili venustate cogit virgines. erat inter illas una quaedam formosissima Icasia nomine, aliaque nomine Theodora. mater aureum malum cum dedisset, dare iussit cuius illi magis forma placuisset. Theophilus Icasiae pul-

τῷ κάλλει τῆς Εἰκασίας ἐπληγείς ἔφη ὡς ἄρα διὰ γυναικὸς ἐρρήθη τὰ φαῦλα. ἢ δὲ μετ' αἰδοῦς πῶς ἀντέφησεν “ἀλλὰ καὶ διὰ γυναικὸς κηγάζει τὰ κρείττονα.” ὁ δὲ τῷ λόγῳ τὴν καρδίαν πληγείς ταύτην μὲν εἶασεν, Θεοδώρα δὲ τὸ μῆλον ἀπέδωκεν, οὔση ἐκ **Β** Παφλαγονίας. καὶ στέφονται ἀμφότεροι ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου **Β** Στεφάνου ὑπὸ Ἀντωνίου πατριάρχου τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, κάκειθεν ἔρχεται ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, φιλοτιμησάμενος χρήμασι πολλοῖς τὸν τε πατριάρχην καὶ τὸν κλῆρον ἅμα τῇ συγκλήτῳ. καὶ ἢ μὲν Εἰκασία τῆς βασιλείας ἀποτυχοῦσα μονὴν κατασκεύασεν, εἰς **10** ἣν καὶ ἀποκειραμένη φιλοσόφῳ βίῳ καὶ θεῷ ἀρέσκοντι διετέλεσε μέχρι τελευτῆς αὐτῆς, πολλὰ ἴδια συγγράμματα αὐτῆς καταλιποῦσα. ἢ δὲ τοῦ βασιλέως μήτηρ Εὐφροσύνη ἐκουσίως κατέθεσσα τοῦ παλατίου ἐν τῇ μονῇ τῶν Γαστριῶν ἠσύχασεν.

2. Ἰππικοῦ δὲ γενομένου ἄγεται τὸ πολυκάνδηλον τὸ ἐν τῇ **Ο** **15** σφαγῇ τοῦ Ἀρμενίου Λέοντος ξίφει διακοπέν, καὶ ὑποδείκνυσιν αὐτὸ πάσῃ τῇ συγκλήτῳ ἐν τῷ καθίσματι, καὶ φησὶν ὡς εἰς ναὸν κυρίου τετολμηκότας παιήσασθαι τὴν ἀναίρεισιν, τῇ δ' ἀληθείᾳ ὡς τὸν συναιρεσιώτην αὐτοῦ καὶ ὁμόφρονα εἰς ἀσέβειαν ἀποκτείναντας. εἶχετο γὰρ ὁ ἀλιτήριος τῆς ἐκείνου θεοστυγοῦς αἵρέσεως, **20** τῶν τε ἁγίων εἰκότων τὰς μὲν κατασπῶν τὰς δὲ ἀνορύττων, καὶ τοὺς ἐπ' εὐλαβείᾳ μοναχοὺς ἐξορίζων καὶ αἰκιζόμενος.

3. Τῷ β' τούτου ἔτι προσέφυγε Θεόφοβος ὁ Πέρσης Ῥω- **D** **μαίοις**, ἅμα τῷ πατρὶ αὐτοῦ μετὰ Περσῶν χιλιάδας ἰδ', οὓς καὶ

chritudinem stupens “a muliere” ait “emanarunt mala.” cui illa subverecunde “sed et res meliores e muliere exuberant.” ille responso attonitus atque offensus, ea dimissa, malum aureum Theodorae dedit ex Paphlagonum gente. ambo coronati ab Antonio patriarcha in sancti Stephani oratorio in die pentecostes. inde facto processu ad magnam ecclesiam, ingenti largitione patriarcham et clerum senatumque donavit. ac quidem Icasia, imperii spe frustrata, monasterium exstruit; inque eo coma posita, vita ex virtutis ratione instituta ac deo placita, adusque vitae finem perseveravit, multis proprii ingenii monumentis relictis. Euphrosyna autem imperatoris mater ipsa sponte a palatio discedens in monasterio Gastia vitam privato cultu egit.

2. Cum Circenses agerentur, profertur multitudini candelabrum, quod in caede Leonis Armeni fuerat gladio discissum. ostendit Theophilus in sedilis loco universo senatui, ac velut qui in templo domini caedem perpetrassent, in eos iubet animadverti, re vera autem velut qui eiusdem secum haeresis socium parique laborantem impietate sustulissent. adhaerebat enim miser deo exosae illius haeresi; qui sanctorum imagines alias detraheret, alias effoderet, atque monachos pietate illustres exsilio multaret ac verberibus aliisque cruciamentis dehonestaret.

3. Theophili anno secundo Theophobus Persa una cum patre ac Persarum quattuordecim milibus ad Romanos transfugit; quibus per tur-

διένειμεν ἐν τοῖς θέμασι κατασκηνώσας καὶ τούρμας ἀποκαταστή-
 σας. αὐτὸν δὲ τὸν Θεόφοβον εἰς ἀδελφὴν Θεοδώρας Ἀυγούστης
 γαμβρὸν ἐποιήσατο τρόπῳ τοιῷδε. τοῖς Πέρσαις ἔθος ἦν ἐκ σει-
 ρᾶς βασιλικῆς ὑπέχειν ἀνάρρησιν· ὅθεν τοῖς ἀλλεπαλλήλοις πολέ-
 μοις τῆς βασιλικῆς σειρᾶς ἐκλιπούσης, καὶ ἐν ἀμυχανία γεγονότες,⁵
 ἔγνωσαν ὡς ἐκ τῆς βασιλικῆς συγγενείας τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων τινὲς
 προσεφρόνησαν, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀσπαστὸν ἐλογίσαντο τῆς οἰκείας
 χώρας ἀπαναστεῦσαι καὶ προσχωρῆσαι τῇ Ῥωμαίδι διὰ τὸν Θεό-
 P 416 φοβον, ὅπως τοῦ κατὰ γένους ἀρχηγοῦ ἐπιτεύξοιντο, καὶ μάλιστα
 ὅτι καὶ ὁ Περσῶν ἀρχηγὸς Βαβέκ ἀποστάσει τῇ πρὸς τὸν ἀμερ-¹⁰
 μουμῆν ἐπὶ πέντε ἔτεσιν ἐκεκορύφωτο. ὧν ἀναμεταξὺ πόλεμοι
 συμβεβηκότες, ἠττηθεὶς ὁ Βαβέκ εἰσῆει σὺν χιλιάσιν ζ' πρὸς τὴν
 Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν, τὸν Θεοφόβου πατέρα κατὰ τὴν πόλιν
 Σινώπῃ ἀνερευνῶν· ὃν ὁ Βαβέκ κατειληφώς, ἐγγύας τε παρὰ βα-
 σιλέως δεξάμενος, τὸν ἐπ' αὐτῷ λαὸν καὶ ἑαυτὸν τῷ βασιλεῖ ὑπή-¹⁵
 κοον τέθεικεν. ἄλλως δέ φασιν ὅτι ὁ τοῦ Θεοφόβου πατὴρ εἰσῆει
 τῷ Βυζαντίῳ πενόμενος, καὶ τινι γυναικὶ κατὰ μισθαργίαν καπη-
 B λεύειν λαχούσῃ προσκεκόλληται· ὃς τῷ πρὸς αὐτὴν ἔρωτι ἀλοῦς
 πρὸς ἡδονὴν συμβιβάζεται· ἐξ οὗ συνειληφυῖα ἄρρενα ἐκατέτοκεν.
 οἱ οὖν Πέρσαι ἀστρονομία καὶ μαντεία ἠκριβωμένοι ἔγνωσαν τοῦ²⁰
 Περσῶν βασιλέως συγγενῆ τινὰ ἐν Βύζαντι διάγειν. ἐντεῦθεν

9 γένος?
 Βύζαντος?

14 Σινώπης?

19 παῖδα τέτοκεν?

21 ἐν τῇ

